00047918

Digitized with financial assistance from

on 08 January, 2019

JACOBI GOLII

LEXICON

ARABICO-LATINUM,

CONTEXTUM

EX

PROBATIORIBUS ORIENTIS

LEXICOGRAPHIS.

ACCEDIT

INDEX LATINVS

COPIOSISSIMUS,

QVI LEXICI LATINO-ARABICI

VICEM EXPLERE POSSIT.



LUGDUNI BATAVORUM,
Typis BONAVENTURÆ & ABRAHAMI
ELSEVIRIORUM.
CIↃ IↃC LIII.

AD

LECTOREM,

linguæ Arabicæ amantem ac ſtudioſum,

PRÆFATIO.

HAud multo apud te, Studiose Lector, ſermone opus eſſe exiſtimo, ut Arabum literas, hoc noſtro ſæculo in Europa coli cœptas, ſuis laudibus prædicem tibi ac commendem. Non enim te fugit, ſingulari providentia Dei, cujus beneficio illic cæteræ eruditiores linguæ, & contentæ iis diſciplinæ, ceu in Helicone quodam, & pene unico domicilio ſuo, florent ac vigent, è longinquo haſce quoque ad illarum quaſi chorum excitas eſſe Muſas: ut ita totius literati Mundi concentus ſuis numeris impleri poſſet, atq; ad occultas plurimas res adeundas, quas etiam Europæis perſpectas eſſe conveniat, communique hominum ſocietati conducat, nova & luculenta fax præferri. Neque vero exigui pretii, &, in quam quis nervos intendat, indigna res eſſe videatur; qua toto Orbe nil humanum nunc antiquius exiſtit, ſimulque ampliore uſu patet. Namque in ipſa Heberi familia primum nata Arabica lingua, cum gente ſua late diffuſa, neque ullo ejus excidio deleta in proprio ſolo, tandem quoque extra illud ita propagata fuit, ut hodie extremos fere Orientis & Occidentis terminos conjungat; per tanta Terræ latifundia, ſacri & profani, doctarumque mentium, multis jam ſæculis interpres. Sed ut à vaſto hujus argumenti campo te ad limen præſentis mei inſtituti ducam; brevi ab eo tempore, quo de hiſce ſtudiis in Europa ſerio cogitatum fuit, perſequendis iis excolendiſq; tam copioſa materia ac ſupellex, felicibus ſive conſiliis ſive caſibus, undique illuc delata fuit, ut nunc voluminum quinque millia, omnigenæ ſcientiæ inſtrumenta, ibi enumerare non difficile fuerit. Eorum ut fructus percipi optatum poſſet, uno inſuper adminiculo opus fuit; quo, tanquam clave, poſſent clauſa omnibus ſcrinia reſerari, atque ea, quibuſcunque frui luberet, deprom. Et quidem tempeſtive acribus ubique animis, ac velut præſagis futuræ copiæ, quæ nunc eſt, providiſque, allaboratum fuit, ut hac parte illi ſuo, & ſequenti poſt tempori, utcunque ſatis fieri poſſet. Namque vix ullum exiſtit Europæ regnum, quod, cæteris literis gaudens, non etiam haſce pandendi ſtudioſos habuerit viros, quin reliquæ omnis eruditionis coryphæos: qui, etiam ad extremum vitæ curam ea in re & induſtriam collocarunt. Quorum nunc nomina & meritorum laudes referre prolixum foret: præſertim, ubi à me ignaro præteriri quempiam facile contingeret, cui præ aliis forte quam plurimum debeatur.

Sed

Sed qui præcipue impulerint me etiam ad conatus eos, quos jam exhibemu[s], id vero paucis teſtari hic poſtulat locus. Namque laudatiſſimi Erpenii prim[is] quondam in hac literatura præceptis imbutus, hortatu excitatus, candidi pecto[r]is benevolentia devinctus, atque ſuffectus illi in hac Academia ſucceſſor, id mei muneris eſſe duxi, ut, ſi æquare illum doctrina non poſſem, augendæ ſaltem, quantulacunque hic mea eſſet, ſtudio, ac bene merendi amore, eundem imitarer. Et cum inter conſilia ejus, quibus publico & communi bono ſe totum deſtinaſſet, de condendo poſt Raphelengium Lexico non poſtremum eſſet, at cujus non aliud dare ſpecimen mors immatura permiſit, quam quod tribus foli[is] paulo ante eam excuſum & poſt eam editum fuit; in partem quoque illam vocari me, cum tacito quodam inſtinctu, tum ipſa urgente neceſſitate, cognovi.

Sed quo tempore manum operi jam admoviſſem, in lucem prodiit ampliſſimus ex Italia Giggeii theſaurus, qui omnia explere poſſe deſideria videbatur. Et quidem eo arbitror habendum eſſe loco, ut tum præclari viri labor, tum ſummi Mæcenatis, qua adjutus ille fuit, munificentia, gratis omnium animis excipi & celebrari mereantur. Attamen cum quererentur multi, minus parabilem omnibus ejus copiam eſſe; ipſumque præterea opus, tum mole ſua, tum Arabicarum vocum ordine, ſæpius quoque ſcriptura ac interpretatione, primis fovendis juvandiſque hiſce ſtudiis minus comparatum eſſe, complures judicarent; flagitare minime deſinentibus, & hic, & alibi, ſtudioſis ac amicis, nec non deſiderantibus identidem typographis; operam olim animo conceptam ac tentatam denuo addixi, & cum bono Deo rem ipſam aggreſſus fui.

Inter ipſos autem Arabes, qui linguam ſuam ab omni antiquitate diligenter excoluerunt, & ex probatiſſimis autoribus, tum lectione eorum tum auditu, pluribus monumentis traditam habent, duo præ cæteris in hoc argumento recepti paſſim & conſpicui ſcriptores extant: quos, velut duo ſidera, Cynoſuram & Helicen, omnis fere eruditorum cohors in ipſo Oriente ſequi ſolet. Eorum alter florentiſſimo literis ſæculo vixit, alter poſteriore ac defloreſcente; Gieuharis nimirum, & Firuzabadius, Camuſi autor. Quorum ille fœcundum flumen, hic profundum pelagus, uterque profuſæ doctrinæ opus, emiſit. Quemadmodum igitur idem Giggeius interpretandum ſuſcepiſſet imprimis Firuzabadium: ita ego, ut ex Oriente quoque celebrem aliquem Europæ inferrem Arabica interpretandi magiſtrum, alterum illum, nempe Gieuharim, delegi: ut qui maxime docto præ aliis ævo dictus eſſet امام اللغة *Linguæ antiſtes*; non minus de ea meritus adhibito delectu vocũ, & habita ratione uſus, quam luxuriante copia Firuzabadius. Eum itaq; cum comitum conſortio ut Europæo habitu indutum producerem, & moribus ſtudiiſque noſtris conformatũ, quoad maxime id facere poſſem; in primis de convenienti Ordine & Interpretatione diſpiciendum intellexi. Atque ut inſtituti illius mei ratio, unde ejuſdem uſus pendet ac fructus, plenius cognoſci & intelligi poſſit, de utraq; re ſeorſim mihi hic dicendum erit.

Quod quidem ad Ordinem, de quo dixi, attinet; is in toto operis contextu ſpectandus eſt duplex: unus Thematum ipſorum ſive Radicum; alter Propaginis una radice prognatæ. Quod Radices attinet, ad quas in linguis, præſertim primigeniis, omnia commodiſſime revocantur, nobis conſuetũ in reliquis ordinem etiam hic ſecutus fui: at non magna abſque moleſtia, cum prorſus alium fere omnes, quin peculiarem plerique, obſervent Lexicographi Orientis. In quo quidem ordine noſtro hoc monitum volo: me Verba ſurda, ut vocant, quæ ſc. ſecundam radicalem geminant, eo diſpoſuiſſe loco, qui eidem ſecundæ tantum debetur, non conſiderata tertia; utpote quæ propter contractionem quam

rariſ-

rariſſime ſcribendo exprimatur in libris, qui notis vocalibus carent: quales fere ſunt plerique omnes.

Sed in diſpeſcenda radicis cujuſque Propagine, ut nempe unaquæque vox primo quaſi radicis ſuæ intuitu deprehendi poſſet, non minus operæ, & plus difficultatis fuit. Namque hæc communis, & quaſi fatalis obtinet in Lexicographis Arabum, hoc eſt, qui Arabice ſcripſerint, omnibus, quotquot hactenus videre mihi contigit, incuria, atque tantus ordinis neglectus, ut dum ad radices cuncta vocabula referant, quocunque ea caſu & ordine oblata ſint, eodem inter ſe diſpoſita, & ſupra modum confuſa, relinquant: ita ut de iis ſub una radice ad certam regulam collocandis pro faciliore uſu, nunquam fuiſſe ſoliciti videantur: tam negligentes atque infelices hac parte promi, quam diligentes condi. Quæ quam moleſta & perplexa res ſit, præſertim cum omnia continuis integriſque verſibus illa ſcribere conſueverint; experiri cuique licet, dictionem aliquam inveſtigare volenti, quæ ad radicem ابل, حول, خلف, عرض vel قبل, ſimilemve aliam fœcundiorem, pertineat. Quæ cauſa aliis autoribus fuit, imprimis qui Arabico-Perſica, vel Arabico-Turcica ediderunt Lexica, ut deſideratæ commoditati conſultum irent, etiam cum incommodo doctrinæ: dum avulſa à radicibus ſuis vocabula quævis, juxta conſonantiũ ordinem, quidam etiam vocalium præterea habita ratione, diſponerent eo fere modo, quo Græcum Phavorini dictionarium & Etymologicum magnum, aut Conſtantini vel Criſpini Lexica, videmus conſcripta eſſe. niſi quod in hiſce quidem ſæpenumero à prima origine & etymis ſuis ſignificata deriventur: quorum apud Orientales illos Lexicographos nulla fit mentio. Sed hoc præterea ibi accidit incommodi, quod etiam ejuſdem *Verbi* Conjugationes, & Pluralia à Singularibus ſuis, longiſſimo ſeparentur intervallo, cæteraque, quæ natura ſua cohæreant, nimium diſtrahantur. Tum etiam illic nullæ Conſtructiones aut Phraſes addi ſolent, neque ſignificationis cujuſquam cauſa reddi: ſed ſimplicia & nuda tantum ſunt, ut ita dixerim, vocabularia; ſceletis ſimilia, carne & ſpiritu deſtitutis.

Itaque perpenſis & comparatis inter ſeſe modis omnibus, ut cum doctrina expeditus ſimul uſus & commoditas conjungi poſſet, hæc tandem methodus placuit & probata fuit, quam toto hoc Opere ſector & obſervo: ut quemadmodum ſerie naturali, i.e. alphabetica, ordinatæ ſunt Radices: ita radicis cujuſque Propagatio artis Grammaticæ ordine ſuccedat. Primo enim conſonantium radicalium & ſervilium, tum vocalium, ratio habetur: ita ut vocabula, quæ omni ſervili careant, reliquis præmittantur: deinde quæ una ſervili vel pluribus affecta ſint, juxta earundem ſervilium numerum, & quem in alphabeto ordinem habent, nec non juxta ſitum ſuum, prout collocatæ ſint poſt literam Radicis primam vel ſecundam, vel tertiam, vel, quod rarius fit, ante primam, ſua ſerie conſequantur. ubi quidem hoc obiter notandum, in medio dictionum, quæ pluribus quam tribus literis conſtant, ſæpe ن, & ſubinde م, ſerviles eſſe. Quæcunque vero voces iiſdem prorſus literis conſtant, à vocaliũ numero & ordine ſuam capiunt diſtinctionem: prout eæ vel pauciores ſunt, vel in æquali numero Phatha præcedit Keſram, & hæc Dammam; idque ratione conſonantis primæ, ſecundæ, &c. Quæ quidem paucis indicaſſe ſatis eſt: ſiquidem ex ipſo Opere tota res apertiſſime liquebit. Radicem modo unam, exem. gr. ex primis ابن, vel ابر, vel ابل, levi intuitu percurrat Lector, ipſe ſibi in cæteris dux fuerit & præceptor optimus. Adeo ut methodum hanc ipſa rei, de qua agimus, literariæ nimirum, natura & ars ſimul dictaſſe videantur. Sed quam facilem illam & pronam aliis fore viam confido, tam laborioſum mihi & incommodum accidit, pri-

primum hanc inſiſtere viam,& explanatam dare:cum inter tot Lexicographos nullus eſſet, cujus hic veſtigia ſequi liceret.

Et quidem initio conceptum hunc animo ordinem in omnibus Radicis cujuſque vocibus ſervavi promiſcue; nullo vel Nominum vel Verborum reſpectu: ita uti paulo ante indicata exempla demonſtrant. Sed cum ad columnam 231 progreſſus animadverterem, eo modo laxam nimis contexi telam, quæ facile præſcriptam excederet menſuram,denſanda magis trama eam pertexendam duxi. Itaque cum Radice بس , nova ratione & hoc uti compendio incepi, ut deinceps cum primæ Conjugationis Verbo Conjugationes derivativæ omnes, quæ in radice quaque deſignandæ eſſent, uno vinculo conſtrictæ articulum facerent omnium primum. Spatium quoque lucrandi ergo, Verbalia Conjugationis primæ, (nam de aliis nota res eſt) ad ipſum ſæpe adſcita ſunt Verbum; & non raro Pluralia ſuis Singularibus ſubjecta: nempe ubi voces illas, alieno quamvis loco poſitas, minus prolixa radicis ſuæ explicatio ſub uno exhibere adſpectu poſſet. quo caſu neq; in aliis ſolemnem illum teneri ordinem neceſſe fuit. Si & alibi forte, ubi id fieri minus debuerit, factum eſſe deprehendas, ut innoxio errato ignoſces. At ſi ſubinde plures unius radicis voces, quæ rem eandem ſignificent, una contineri linea videas,in quibus ante dicta conſonantium vocaliumque ratio noſtra non obſervetur; ſcito me ibi priorem dare locum iis voluiſſe, quæ notiores ac uſu magis receptæ eſſent.

Sed hæc de Ordine plus ſatis:ſpectanda potius ipſa Commentatio fuerit,qua exoticam prorſus linguam, & cum ea inuſitatas nobis res, explicare oporteat. Significata quæque expreſſa ſunt, vel propriis vocibus, vel deſcriptione aliqua & circumlocutione; uti primo conatu, & velut *in tranſitu*, facere quivimus, Arabes plerunque imitati magiſtros,eorumque interpretes Orientales quoque. Si dubia vel obſcura eſſent Gjeuharis verba, ad Firuzabadium recurri, Zjamachſjarim, alioſve, qui Arabice ſcripſiſſent. Si nec illi rem in aperto ponerent, aut definitam darent, proximum fuit ad interpretes Perſicos Turcicoſve me conferre: quod hi ſæpenumero, & quidem plurium conſenſu, vernaculis priviſque vocabulis res, intento quaſi digito, ita deſignent, ut nullus ſuperſit dubitationi locus. Sed non raro & hiſce Interpretibus hærere videtur aqua: & ubi ſe minus expedire poſſunt, ita arcte Arabibus adhærent, ut ne latum quidem unguem ab iis recedere ſuſtineant. Certe dedita ibi opera, omnium ſæpe eorum, quos habebam, exemplum ſecutus, rudiore quodam & indefinito modo, interpretem egi, *κατὰ πόδα* verbum verbo efferens, donec alicunde lux clarior ac minime dubia affulgeret.

Quod autem ad Varia ejuſdem vocis ſignificata ſpectat, ſive Primitiva ſint & ſimplicia,ſive per Tropum ab aliis deducta; ea quidem,quorumcunque manifeſtum quod eſſe diſcrimen videretur, vel adſcriptis diverſi characteris voculis, *&*, *aut*, vel præfixis numerorum notis, diſtinximus: eo plerunque ordine, (quoties id per otium facere licebat,) ut eorundem nexus,& à primo velut ortu propaginis ſequela, lectori nequeant obſcura eſſe. Ejus autem rei per omnia rationem reddere, id utique fuiſſet nimis extra orbitam evagari. Illic hoc quoque conſideres velim; appoſitis paſſim exemplis breviter & clare explanari rem & illuſtrari: tum ut cujuſque Energia & Uſus, tum, ubi opus ſit,Conſtructionis quoque modus & tota Phraſis, oſtendatur. in quibus rebus fere cujuſque linguæ proprietas, vis, ac notio, & quaſi genius, conſiſtit.

Hæc quidem ita,prout apud Autores,quos conſului & allegavi, tradita ſunt & expoſita, interpretando reddere ſtudui & ſigillatim referre. Sed fere ubique

eas

eas tantum ſcripto expreſſi Arabicas voces, quæ in proprio radicum ſuarum loco explicandæ eſſent: adſcititias vero, quæ cum illis efficiant Structuram, eas Latine tantum redditas, Italica, ſive currente, uti appellant, litera deſcripſi; ut à cæteris ſignificatis, Romano ſive rotundo charactere deſignatis, quæ Arabicæ voci typis expreſſæ propria ſint, certo diſcernerentur. Etenim alter ille, Italicus character, per omnia exegeſi & arti inſervit; indicatque, uti dixi, vel Conſtructionem; vel Diverſitatem ſignificationum; vel Subintelligendum aliquid; vel Pleniorem ſubinde ac neceſſariam ſignificati alicujus declarationem: vel denique eodem charactere exaratur Nomen ſcriptoris aut libri, cujus autoritate interpretatio nitatur. Cæterum plurima eorum, quæ dicta ſunt, non ſemper integris exprimuntur verbis; ſed plerunque ſuis notantur compendiis & abbreviaturis, ut vocant: quarum diſpoſitam ordine ſuo explicationem gemina mox tabella ſubjungam.

Arabica autem omnia, quæ innuuntur, Arabicis literis adſcribere, metus vetuit & periculum, ne juſtæ menſuræ limites excederet volumen. Sic & ſpatii diſpenſandi gratia, ſæpe in unica linea, ubi commode id fieri poteſt, duæ ſignificatione differentes collocantur voces. E contrario tamen, ſæpe pluribus expono & circumſcribo ſignificationem unam: quin & Arabicum ſæpe Synonymum addo, vel Oppoſitum: quia id ad inſtitutionem, qua me defungi oportuit, & ad clariorem atque expetitam doctrinam, præſtare videbatur.

Ubicunque autem Voces aliquæ, Phraſes, vel Dicta, Arabice exhibenda fuere extra lineam, in qua notæ vocalium proxime eſſent adſcriptæ; ſiquidem illa etiam vocales aliquo modo exigere viderentur, non quidem earum expreſſione ſunt inſignita; ſed *Latinis literis*, iiſque currentibus, ipſa elatio denotata fuit. *Quod ita factum* eſt, cum ad diminuendam Typothetæ operam & laborem, tum ut operis Typographici, ex paribus linearum intervallis, major foret æquabilitas, pulchriorque ſymmetria: utque & hoc compendio plus ſpatii accreſceret ad uberiorem commentationem. Nam quanquam intra Gieuharæi Lexici cancellos continere me voluiſſem, qui in principio & in medio ſæpe mihi ſcopus fuit; nihilominus, ſi omnia Arabice quoque exprimenda fuiſſent, verendum mihi videbatur, ut uno volumine illud ipſum complecti poſſem.

Sed cum præterea neceſſe haberem, ad alios ſæpe divertere Autores, ſive de ſuſpectis dubiiſque conſulendi cauſa, ſive lucem mutuandi iis, quæ obſcura eſſent; equidem non potui abſtinere manum, ubi omnium libera poteſtas eſſet, ut non ſimul multa, ad locupletandum Autorem noſtrum, vel illuſtrandum, transferrem: non magis, ac ſibi quis temperet, qui muſæum horreumve inſtruere cupiens omni rerum genere ac varietate, ea, quæ ſibi deeſſe videat, ex oblatis ultro aliorum penuariis conſequi poſſit. Quis adeo ſatur ſit, aut faſtidioſus, ut ex uno in alium atque alium delatus hortum, ubi florum fructuumque nova facies arrideat, non carpere quid aut auferre geſtiat? Sæpe quidem abſtinui, fateor, & unico Gieuhari contentus, alios intactos reliqui: ſæpius vero, ut otium & animus ferebat, etiam avidius obvia congeſſi; & totum quaſi ea parte القاموس, i.e. *Oceanum*, exhauſi. Imo ſicuti initio Operis propoſitum mihi fuit, ab ا ad ايي plenioris ſpecimen Theſauri dare, etiam Barbaris & Propriis nominibus interſertis; quod cum Erpeniano, cujus ante memini, comparari poſſet: ita in Operis fine adductus fui, cum cernerem nondum illud ad extremos præfinitæ menſuræ terminos excreviſſe, ut laciniam attexerem, quæ omnes reliquas, non allatas ante, contineret Radices. Ita ut nulla, quod ſciam, ne quidem in Camuſo, ſuperſit, quam non ſive in ipſo Opere, ſive in Appendice ejus, invenire liceat

 atque

atque expoſitam videre. Niſi forte pauciſſimæ ſint, de quarum vera lectione ob codicum diſcrepantiam res eſſe deſperata videbatur. In ipſo autem Opere talia ſubinde ita dubie expreſſa in medio relinquere ſatius putavi, mihi aliiſve ſuo tempore diſſolvenda; quam incerto illa atque vacillante judicio temere definire.

Neque vero hic duntaxat radices ſeu themata, & propagata iis vocabula, extant; ſed, quæ ad radices revocari commode nequeant, Barbara quoque, ut illi vocant; à Græcis, Perſis, Indis, aliiſve populis, fere cum novis rebus accepta, & Arabico more flexa vel detorta: ea vero in primis, quæ uſu recepta apud ſcriptores Arabes non raro occurrunt. quibus, uti & aliis peregrinis vocibus, quæ radicum ordini adſcriptæ ſunt, ſuam cuique, quoad potui, originationem ſubjeci. Sic quoque hiſce affinia alia non pauca, ſcilicet Propria locorum, hominum, ac ſimilia nomina, fere cæteris mere Arabicis inſerta habes; præſertim quæ uſu maxime frequentia ſint apud primarios autores. At ejuſmodi generis utriuſque voces, & Barbaras, & Proprias, conſectari omnes pari cura, quam me colligendis radicibus impendiſſe dixi; id utique fuiſſet alterum conficere volumen, & extra oleas ferri: ubi non alia mihi meta erat, quam interpretem præſtare me Arabici ſermonis, ejúſve tradere intelligendi inſtrumentum.

Hac tamen in re videbor forte nonnullis peccare, operoſa non tantum, ſed etiam ſupervacua curioſitate: quod hic generatim quidem nimia copia & voces & ſignificata redundent; tum ſpeciatim vero tam multa infarta ſint, quæ *camelo*, *palmæ*, *dactylis*, ſimilibuſve rebus, attribuantur; de quibus haud multa, aut perrara, ſoleat mentio fieri. Hiſce quidem ita reſponſum velim: cum minime ſuperfluum ſit in linguarum ſtudiis, ubertatem earundem & proprietates cognoſſe; tum ejuſmodi res, negatas Europæ atque inuſitatas, illi genti notiſſimas eſſe & indigenas, ab ipſo linguæ ſuæ ortu familiares, ſcriptiſque paſſim celebratas; & de quibus plurima memorantur cognitu minime indigna. Tum etiam quæ de *illo jumento*, *arbore*, *fructu*, vel de aliis vernaculis rebus Arabice dicuntur, eadem plerunque etiam de cæteris, quæ ubique magis obvia, in ſuo quæque genere, uſurpari. Quin vocabula multa ejuſmodi rebus primitus fuiſſe impoſita videntur; quæ ad alias deinde, etiam toto genere diverſas, ſignificationes, præ ſimilitudine, aliamve ob cauſam, tranſlata fuerint. Unde dubiæ complures & obſcuræ origines in hac lingua, reliquiſque cognatis, commode ſæpenumero illuſtrari poſſint.

E contrario autem de penuria quadam & defectu alii conquerentur: qui plurimas è radicibus ſuis natas ſoboles hic deſiderent; ex eo præcipue numero, quo Gieuharim excedit Camuſi autor. Quibus jam ante reſpondi, nec propoſitum mihi fuiſſe omnes ex æquo pervadere maris illius immenſi partes, nec totum præſcripto mihi littore includi potuiſſe. Et profecto, ut dicam, quod res eſt, ſi quam congeſſimus, non nimia ſit penus, pro tenera horum ſtudiorum ætate; ſaltem uberiorem copiam hæc ipſa non magnopere depoſcat.

Ideoque ſi cui libeat duo illa inter ſe extrema conferre, atque penſata hinc inde ſententia arbitrari: ei quidem, uti confido, videbimur medium tenuiſſe; nec propter auctaria, ſupra promiſſam Gieuharis menſuram adjecta, minus meruiſſe gratiæ, quam ab eodem autore ſolo & ſeorſim ſperari potuiſſet. Hoc vero mihi ſummum fuerit, & pretium laboris, ſi tam propenſo in ipſas literas affectu hæc noſtra accipi contingat, quanto cum promovendi illas ſtudio à me ſuſcepta ſunt, & communis boni amore ingenuis omnibus ac bonis offeruntur.

Faxit

Faxit Deus ter Opt. Max. ut quam linguam tot gentibus extra Chriſtianum orbem, & quaſi omnibus literatis, communem eſſe voluit, ea utrinque interpres & ſpiritualis commercii inſtrumentum fiat. qua eædem gentes orbi Chriſtiano impertiant quicquid bonæ mentis & virtutis habent; hic vero illis ſalutiferam Euangelii lucem ac vim refundat, ut tandem ſolus dominetur & univerſis imperet, qui lux mundi & dominus omnium eſt, Jeſus Chriſtus.

Cæterum de opera mea ac labore æquanimiter ſentias rogo, benigne Lector, quanquam lente is proceſſiſſe videatur, multas per cauſas, tum privatas, tum publicas, ſæpe interruptus; ceu tumultuario tamen modo quodam plerunque deproperatum fuiſſe. Namque uno fere tempore, quodcunque ab aliis muniis mihi vacuum ſuppetebat, conferendi erant & corrigendi Arabici autores, qui hic præſertim mendoſe leguntur.& veneunt; excerpenda atque interpretanda quæ convenire judicarem; omniaque juxta novi ordinis normam diſpeſcenda; & typographicis ſimul operis mea emendatione ſubveniendum. Quamobrem nec otium fuit excutere adverſaria, tum hic, tum in Aſia & Africa, ex lectione & uſu collecta; quæ alias plurimum quoque conferre potuiſſent. Neque vero tam operoſo concinnando Operi, & propter componendi ordinis moleſtiam tædioſo, alia facile poſthabuiſſem ſtudia amœniora, niſi jacta, ut ajunt, alea, & inſcripta mihi ſemel neceſſitatis ac velut certaminis lege, ita comparaſſem me, ut exire ſtadio aut pedem referre penes me integrum non eſſet.

Sed quando in eo verſarer, plurima apud autores, qui perluſtrandi eſſent, in tranſitu offendi, quæ ad Arabicæ literaturæ perfectionem & cultum non minus facere viderentur, quam illa, quibus *tunc dedidiſſem me* atque exponendis operam darem. *Talia* erant tum deſcriptiones rerum, quæ, ignotæ nobis & exoticæ, Naturam ſpectarent vel Artem; tum Adagia & Formulæ; tum quæ Geographiæ & Hiſtoriæ propria eſſent. Quæ cum Lexico hoc comprehendi non poſſent, ea ſeorſim annotare, & quæ apud interpretes Perſas notatu digna ſe offerrent, in Lexicon Perſicum referre, non minus utile & neceſſarium putabam, quam mihi jucundum laboris reliqui ac tædii ſolamen erat.

Quibus cauſis ſimul omnibus factum fuit, ut non potuerim eidem Operi, quam quidem vellem, adhibere limam; licet hujus generis ſcripta eam non tantopere requirant: ſed nec tantum curæ & diligentiæ conferre, ut non nævi aliqui & mendæ inſperſæ ſuperſint. Hiſce tamen, ne qua parte illa fraudi ſint, in fine operis proſpicere decrevi: & quicquid hic commiſſum aut omiſſum eſt, ſecutura mox, ſi Deus volet, prompta & magis accurata Lexici quoque Perſici, quod abſolutum recognitumque eſt, editione penſare. Atque ad alia proſequenda, &, quantum dabit Deus, perficienda, quæ inchoata habeo, animum adjeceris, ſi hæc, quæ nunc prodeunt, boni conſulueris: quod, uti te oro, benevole Lector, ita ut cum multo tuo commodo iiſdem fruaris, exopto. Daturus etiam ſum, annuente eodem numine, breve & commodum Lexici compendium, primis quoque tironum ſtudiis aptatum: ut qui videar mihi rationem ejus optimam ex ipſo didiciſſe longiore hujus Operis labore.

Sed quoniam & toto hoc eodem opere brevitatis ergo adhibitæ ſunt notæ & compendia quarundam vocum, quorum alia interpretationem reſpiciunt, alia vero paſſim allegatos autores; ea quidem omnia, quæ non ſint vulgati uſus, in anteceſſum hic plenius exponi quam maxime opus fuerit. Idem quoque poſtulare forte videantur pauca vocabula, quæ licet raro admodum incidant, importuna tamen eſſe queant, aut injicere legenti moram. itaque & de illis, medio inter eaſdem generis utriuſque abbreviaturas loco, quod ſcire tua referat, monebo.

Numeri

Numeri Romani I. II, *&c. notant ordinem & formam Conjugationum: de quibus Grammatica agit. Sed quoniam non uno modo res illa tradi ſolet, quem quidem ego ſequar, ex ſequenti earundem ſerie conſtabit. Et quidem*

Triliteræ Conjugationes ita habent :

I. فَعَلَ , فَعِلَ . فَعُلَ . II. فَعَّلَ . III. فَاعَلَ . IV. أَفْعَلَ . V. تَفَعَّلَ . VI. تَفَاعَلَ .
VII. إِنْفَعَلَ . VIII. إِفْتَعَلَ . IX. إِفْعَلَّ . X. إِسْتَفْعَلَ . XI. إِفْعَالَّ . XII. إِفْعَوْعَلَ .
XIII. إِفْعَوَّلَ .

Q. *Quadriliteras Conjugationes notat : ſuntque*

I. فَعْلَلَ . II. تَفَعْلَلَ . III. إِفْعَنْلَلَ . IV. إِفْعَلَلَّ .

Notæ autem Arithmeticæ, quas Indis acceptas ferunt Arabes, & in Europam primi intulerunt, ſcilicet 1, 2, 3, *&c. numeros & ordines ſignificationum deſignant, in quavis orationis parte.*

ABBREVIATURÆ,

quæ ad Interpretationem ſpectant juxta ordinem Alphabeticum, hæ ſunt:

Adag. Adagium.
Act. Actionis nomen, ſeu nomen Verbale; quod & Arabibus pro Infinitivo eſt.
Ag. Agens, ſeu Participium Activum.
alt. alterius.
cc. conſtruitur cum.
cca. conſtruitur cum Accuſativo.
ccg. conſtruitur cum Genitivo.
ccga. conſtruitur cum gemino Accuſativo.
cap. cum Accuſativo perſonæ.
car. cum Accuſativo rei.
ccar & ب p. conſtruitur cum accuſativo rei & ب perſonæ. ubi perſona ſæpe rem alteram notat: ut. خلط شيا بشيء miſcuit rem rei.
Coll. Collectivum.
Comp. Comparativum.
Denom. Denominativum.
Deriv. Derivativum.
Dim. Diminutivum.
Dipt. Diptoton: ſcil. terminatione.
ex. al. exemplari aliud vel alterum.

Fut.	I,	*Futurum habens in media radicali vocalem*	*Keſra,*
	O,		*Damma,*
	A,		*Phata, ſeu potius Phatha,*

Gent. gentile nomen.
Gl. Gloſſæ.
Hamz. Hamza, vel Hamzatum.
Imperſ. Imperſonaliter.
Intranſ. Intranſitivum, Intranſitivè.

med.	Damm.	*media Radicali in Præterito habente vocalem*	Damma,
	Keſr.		Keſra,
	Phat.		Phatha,

Met. & Metaph. Metaphoricè.

Part. & Partic. Participium.
Paſſ. Paſſivum.
pec. & pecul. peculiariter.
Perſ. Perſicè.
Pl. & Plur. Plurale
Plur. pauc. Plurale paucitatis; quod rariorū eſt uſus.
Pl. mult. Plurale multitudinis; quod frequentius uſurpatur.
Pl. p. vel P. plur. Plurale Pluralis, nempe ab alio formatum Plurali.
Plur. ſan. Plurale ſanum, cujus Maſculinum deſinit in ون; *vel Fœmin. in* ات.
Poſſ. Poſſeſſivum.
prox. ſeq. proxime ſequens.
ſign. ſignificatione.
ſerv. ſervilis litera.
Sing. Singulare.
Superl. Superlativum.
Tranſ. Tranſitivum, Tranſitive: cum Verbum actionem notat ex abſoluta tranſeuntem ſimpliciter, vel quæ tranſeat in ſecundum.
Unit. Unitatis nomen, unum ex Collectivo ſignificans.

ʹIn Appendice,

* *Nota eſt ſequentis emendationis.*

Vocula ha: item, &, etiam, ſeu, aut, ſimileſve, & in Verbis numeri Romani, indicant alias ibidem addi ſignificationes.

De pauculis inuſitatis vocibus, in quas forte incidas, ita habe: per Ripham, *à* ليف *ſemiarabicum nomen, denotari fibrillas ſeu fibroſam flexibilemque materiam, ex qua palmæ truncus conſtat. Et quia vox eadem per aphæreſin cum* χαμαιῤῥιφὴς, *ſc.* φοῖνιξ, *convenit; ſubinde per eam quoque indigitata fuit palma pumila & ſilveſtris: quæ proprio nomine* دوم *vocatur. utrumque autem uſum ſuis locis quam facillime diſcernes. Quæ* Catha *ſeu* Katha *avis ſit, in* قطا *cognoſces: quid* Pilentum camelinum, *in* هودج *explicatur.*

Abbre-

Abbreviaturæ indices librorum, qui in Lexico autoritatis firmandæ cauſa allegantur, ita intelligendæ ſunt:

M. SS.

* *Gi.* Gieuharis: صحاح اللغة لاسمعيل بن حماد الجوهري *In Meſopotamia & Syria autor vixit, deinde in Choraſan; ubi opus hoc ſuum edidit, circa annum Hizjræ* 390. *De eo doctiſſimum Pocockium vide in præclaro ſpecimine Hiſtoriæ Arabum, nuper edito Oxoniæ; ſcilicet pag.* 364.

* *Ca.* Camus ſeu Camuſus: القاموس المحيط لمحمد بن يعقوب الفيروزبادي *Plurimos in Arabia annos exegit autor, ſtudiorum inprimis cauſa. Ubi inter alia opus hoc, Oceani nomine inſcriptum, Meccæ abſolvit: & Zebidi, quod oppidum eſt non procul inde diſtans, obiit diem anno Hizjræ* 817, *pene nonagenarius. De eo etiam idem Pocockius agit pag.* 361. *Ad exemplar, quod nobis hîc fuit, alterum quoque conferendi ergo addidit inclyti ſummique viri, Iohannis Seldeni, benevolentia, qua aliorum ſtudia non minus promovet, quam ſuis Remp. literariam exornat.*

Mar. Maruphides ſeu Ibn Maruph: كنز اللغة كاليف محمد بن عبد الخالق بن معروف *Lexicon Arabico-Perſicum, ſatis amplum & probum: quod per Infinitivos & Nomina autor diſpoſuit juxta primæ & tertiæ literæ ordinem: mediæ non videtur certa ratio haberi. Is autem patria Medus, & quidem Gilanæus ſive Gelus, fuit: ex nepotibus Nomani Ibn Mundir, Arabum regis; prout notæ margini adſcriptæ habent. Ejus regis meminit Pocockius pag.* 73. & 137. *Geminus obtigit uſui meo codex: unius quidem beneficio ampliſſimi dignitate ac laude viri, Davidis de Willem; alter vero eximii Medici Iohannis Verlanii amica conceſſione.*

* *Cor.* Alcoranus: القرآن, *quem propediem edere hic decreverunt Typographi noſtri.*

Meid. Meidânius ſeu Meidanenſis: ادلة الاسماء للميداني *Onomaſticon Arabico-Perſicum; ſcilicet Nomina Arabica continens, non etiam Verba, Perſicè explicata. Cujus copiam mihi fecit literarum, etiam Orientalium, laude excellens vir, Adrianus Iunius, Gymnaſiarcha Amſtelodamenſis. Autorem hunc eſſe eundem puto cum eo, quem deſcribit Clariſſimus Pocockius pag.* 369.

Mirc. vel *Merc.* Mircât: مرقاة اللغة *Lexicon Arabico-Turcicum, phraſibus illuſtratum, & ſatis exactum.*

* *Merc. Maj.* Mercât Majus: *idem nomine cum præcedente. Sed quia paulo majus eſt mole, ita alterum ab altero diſtinxi: ſcilicet Dictionarium Arabico-Turcicum, in quo ultra* 31000 *voces explicantur.*

* *Muzj.* Muzjmel: مجمل اللغة لاحمد بن فارس بن زكريا الرازي *Eodem tempore autor cum Gieuhari vixit: at ſuum hoc Lexicon recepto apud nos Radicum ordine conſcripſit. Quod uti Gieuharæo minus eſt, ita quoque ante illud fuiſſe editum puto.*

* *Za.* vel *Zam.* Zamachsjaris: اساس اللغة لمحمود بن عمر الزمخشري *Lexicon eodem ordine compoſitum, ſcitis refertum dictis. Autor plurimis operibus clarus eſt: de quo Pocockius pag.* 369.

* *Beith.* Beitharides ſeu Ibn Beithar: كتاب ابن البيطار في مفردات الطب *De ſimplicibus medicamentis liber; autore Medico Malacenſi, qui poſt multas peregrinationes Damaſci obiit anno Hizjræ* 646.

* *Demir.* Demirius: حياة الحيوانات لمحمد بن موسى الدميري *De hiſtoria animalium liber: mortuus eſt autor anno Hizjræ* 808. *de eo Pocockius tractat pag.* 377.

Iac. Iacutus: معجم البلدان لياقوت الحماوي *Iacuti Hamatæi Theſaurus Geographicus.*

Nomina cæterorum, quos rarius cito, ut quærenti magis obvia ſint, ordine Alphabetico ſubnectam.

Ex M. SS.

* *Abulf.* Abulfeda: تقويم البلدان لابي الفدا *Geographia Abulfedæ.* * *Afr.* Africani Arabes: *ex quorum ore me didiciſſe quid memini.* *Anon.* Anonymi *Lexicographi Arabis pars.* *Aſa.* Asâmi: كتاب السامي في الاسامي *Onomaſticon Arabico-Perſicum.* *Aſ.* vel *Aſi.* Aſiatici Arabes: *è quibus quid auditu accepi.* *Bahr.* Bahrein: مجمع البحرين *Liber Theologicus & Philoſophicus.* * *Beid.* Beidâvis: تفسير البيضاوي *Commentarius in Alcoranum.* * *Carv.* Carvinius: كتاب عجايب للقزويني *Hiſtoria naturalis.* * *Chal.* Ibn Châlicân: تاريخ ابن خلكان *Hiſtoria virorum illuſtrium. de eo Pocockium conſule pag.* 364. *Chriſt.* Chriſtianorum *Arabica ſcripta.* * *Cotr.* Cotrob: كتاب المثلث لقطرب بن احمد البصري *Syllabus triliterarum vocum, quæ pro triplici vocali primæ Radicalis tres habent diſtinctas ſignificationes.* * *Def.* Definitiones, *ſcil. Theologicæ & Philoſophicæ:* كتاب تعريفات *anonymo autore.* * *Deſt.* Deſtour: دستور اللغة *Gloſſarium Arabico-Perſicum.* *Ect.* Ectari: لغت

لغت اختري *Lexicon Arabico-Turcicum.* *Gaz. Gazâlis : الغزالي , *de quo Pocock. pag.* 371. *Haf.* Hafiz : ديوان حافظ *Poëmata Hafiz, poëtæ Perſici. Hal.* Halïmi : بيان لغات الحليمي *Lexicon Perſicum Turcicè explicatum. Her.* Hezâr : هزار لغات *Gloſſarium Arabico-Perſicum.* * *Iſ. & Iſa,* Iſa Ibn Alîs : كنسيقون عيسي بن علي المتطبب *Lexicon Syro-Arabicum Iſæ Ibn Alis. Litt.* Litteræ *Arabicorum Regum Africæ imperantium. Keſj.* Keſsjâf : الكشاف للزمخشري *Commentarius Coranicus; de quo Pocockium vide ſis pag.* 369. * *Log.* Logat : لغت نعمت الله *Lexicon Perſico-Turcicum uberrimum.* * *Mal.* Malajeſa : ما لا يسع الطبيب جهله خليل صوفي *De materia Medica, ſive ſimplicibus liber. Muk.* Mukáddema : مقدمة الادب *Gloſſarium Arabico-Perſico-Turcicum : quod è Perſia allatum fuit à præſtantiſſimo viro, Adamo Oleario, & communicatum mihi amiciſſime.* * *Meſ. pro quo pag. hujus Lexici* 862. *lin.* 7. *Neſ. excuſum,* Meſudis : مروج الذهب للمسعودي. * *Mut.* Mutenabbis : ديوان المتنبي *Opus poëtæ, Arabum poëtarum facile principis.* * *Ned.* Ibn Nedîm : فهرست ابن النديم *Elenchus ſcriptorum Arabum.* * *Nuv.* Nuveirius : كتاب فنون الادب للنويري *Literaturæ Arabicæ bibliotheca.* * *Ol.* Olimius : تاريخ القدس للعليمي *Chronicon Terræ ſanctæ. Phil.* Philoſophorum *Arabum ſcripta.* * *Reg. Iur.* Regulæ Juris : صدر الشريعة. *Shol. Mut.* Sholia in Mutenabbim, *de quo ſupra.* * *Seb.* Sebekius : طبقات العلماء للسبكي *De vitis Sapientum. Term.* Termini *Theologici & Philoſophici : idem liber cum eo, qui ſupra per Def. deſignatur. Zein.* Zeino 'latthâr : مفتاح الخزاين لحاجي زين العطار *Synonyma Arabica & Perſica Medicamentorum.*

Et ex impreſſis.

Alf. Alfergani *Aſtronomicon. Ceb.* Cebetis *tabula. Eucl.* Euclides *Arab. Romæ editus. Geogr. Nub.* Geographus Nubienſis. *Gigg.* Giggæi *Theſaurus Arab. linguæ. Hiſt. Sar. Hiſtoria Saracenica.* Locm. *Locmanni fabulæ. Prov.* Proverbia *Scaligeri. Tim.* Timuri *Hiſtoria.*

Reliquorum nomina per ſe ſatis manifeſta ſunt. Pſalmi autem cum citantur, intelligitur editio Saveriana, Romæ facta: cum ex Pentateucho quid vel novo Teſtamento adducitur, editio Erpeniana. Ex iis autem tum fere allegatur quid, ſi quando hoc peculiari illic uſurpetur ſignificatione.

*Qui aſteriſco * libri ſunt inſigniti, in Academiæ hujus bibliotheca exſtant, ſimul cum aliis circiter* 250 *Arabicis M.SS. ex Aſia & Africa fere omnes liberalitate publica comparati, ad promovendam horum ſtudiorum culturam atque communem utilitatem. Quæ quidem ita enarrata ſunt particulatim omnia, tum ut beneficentiæ, publicæ privatæque, ſua pro merito tribueretur gratia; tum ut tibi, Lector ſtudioſe, facilius liceret hæc noſtra cum ſuis, unde petita ſint, fontibus conferre; & tua quoque ope perficere in melius & locupletare.*

Pro coronide hic ſint, & ſequenti auſpicata operi, ipſa verba, quibus præſtans ille Camuſi autor ſuam concluſit Præfationem: at de quibus minus arrogo mihi priorem voti partem, ut qui eo pretio mea hæc metiri nolim, benevolentia tua & venia contentus: tantoque magis partem alteram & poſteriorem convenire mihi exiſtimo, & quo ille majore præiverit modeſtia qui hic eruditione me longiſſime prævertit:

وَٱللّٰهَ أَسْأَلُ أَنْ يُثِيبَنِي بِهِ جَمِيلَ ٱلذِّكْرِ فِي ٱلدُّنْيَا وَجَزِيلَ ٱلْأَجْرِ فِي ٱلْآخِرَةِ
ضَارِعًا إِلَى مَنْ يَنْظُرُ مِنْ عَالِمٍ فِي عَمَلِي أَنْ يَسْتُرَ عِثَارِي وَزَلَلِي وَيَسُدَّ بِسَدَادِ
فَضْلِهِ خَلَلِي وَيُصْلِحَ مَا طَغَى بِهِ ٱلْقَلَمُ وَزَاغَ عَنْهُ ٱلْبَصَرُ وَقَصُرَ عَنْهُ ٱلْفَهْمُ وَغَفَلَ عَنْهُ
ٱلْخَاطِرُ فَٱلْإِنْسَانُ مَحَلُّ ٱلنِّسْيَانِ وَإِنَّ أَوَّلَ نَاسٍ أَوَّلُ ٱلنَّاسِ ۞

hoc eſt, ut imperitiores mea interpretatione juvem,

Deum vero precor, ut pro laboris præmio mihi tribuat honeſti nominis bonum in hac vita, & uberem mercedis gratiam in altera; obnixe rogans, ut quicunque opus meum doctior inſpexerit, tegat ubi cæſpitaverim lapſus meos, & obſtruente expleat favore ſuo hiantes rimas; utque emendet quod depravatum ſit calami ductu, quod hallucinatus ſit viſus, nec aſſequi valuerit intellectus, & quod per incuriam animus neglexerit. Utique * homo * oblivioni eſt obnoxius: ſiquidem primus, qui * oblitus ſit, * hominum primus fuit.

* *alludit ad utriuſque nominis in Arabica lingua convenientiam.*

JACO-

JACOBI GOLII

LEXICON ARABICO-LATINUM.

ا *Alif extra dictiones, & plerunque accentum habens circumflexum, ſimilemve ſuperne virgulam, Arithmetica nota eſt* Unitatis, *pro ordine literarum Alphabeti.*

ا *Particula inſeparabilis:* 1, *Vocativa propinqui,* O. *c en, vel ca: & ſimili* يا *addita, cum vocatur remotior,* أيا *Ajâ,* O, heus. 2, *Interrogativa,* An? num? *& cum VVau pleonaſtico,* او *Ava,* Anne? 3, *Disjunctiva,* Sive, num: *ſcilicet cum ſequitur alterum membrum; cui loco* أم *praefigitur* ام: *uti in Cor.* أأنذرتهم ام لم تنذرهم Sive commoneas eos, ſive non. *Ita & in gemina interrogatione ſeu disjunctione interrogativa fit: ut* ازيد عندك ام عمرو Num Zeidus apud te eſt, an vero Amrus? *Gi. juxta ſign. 2 & 3. convenit cum* ἦ *Graecorum.* 4, *i. q.* آه *Ah, ſeu pro eo, plangentis Particula, ſive Interjectio,* Heu, ah. *Ca.*

آ, *imprimis producto ſpiritu elatum, Particula vocantis eminus & vociferantis,* O. Heus. *item deridentis & deſpicantis,* Hui. Vah. *Vnde fit Nomen* آية *Aton, Diminutivum* أُيَيَّة *Ojaijaton,* Ironia. vituperium. *Gi.*

آءٌ *Coll. &* آءَةٌ *Vnit.* Nom. arboris & fructûs. *juxta quoſdam, quo coria concinnantur. Gi. Ca. juxta alios, ſub qua ſaepe verſari dicuntur genii daemonesve. Aſa. Sed pertinet ad* اوا. *vide &* الالاء *in* الو.

آبُ, *quibuſdam etiam* أَبُ. *Chald.* אב, Nom. menſis Syrochaldaei: *quo* menſem Auguſtum *Arabes notant. de eo plura in* اوب *vide.*

أَحْ *pro* إِيَاحْ, Albumen ovi. *&* أَحِ, *Particulae ſeu Interjectionis formâ,* Sonus tuſſientis. *Item* Apage. Vah. *Ca. qui ad* احح *refert.*

اال *in* اوه, *&* ايد *vide: uti* الر *in* اور.

أَازْغِيس, *Vox Barbarica,* Cortex radicis oxyacanthae ſive berberis. *Ibn Beith. vide* امر *in* امبر بارس, *&* اثرار.

آسٌ, *Chald.* אָסָא, Myrtus. *Coll. Item* Reliquiae & veſtigia rei: *nempe,* cinerum in foco; mellis in alveari; habitaculi in loco, ubi ſitum fuerat. *Gi. Ca. item* Sepulchrum: *quippe ubi reliquiae hominum. nec non i. q.* صاحب, Socius. dominus. *Ca. Sed illa potius ab* اوس *ſunt.*

أض *pro* أيض *eſt: ideoque ibi quaere.*

أَاطْرِيلال Gingidii ſpecies. *nomen Barbaricum eſt; ſcil. quod Afrorum linguâ* pedem avis *notare tradit Ibn Beith. unde Arabibus* رجل الغراب Pes corvi *dicitur. Africanâ autem linguâ Adâr* pes *eſt, Ilâl* volucris.

آفٌ *&* آفَةٌ Pernicies, noxa, calamitas. *Sed haec à Radice* اوف; *&* ايف, *ſunt.*

آلٌ *Collect. ſine Vnit. i. q.* أَهْلٌ, *ſeu pro eo.* Populus. Familia, cognati & propinqui. *ſed hoc ad* اول *ſpectat.*

آلُوسَنُ *&* أَالُسَنُ, *Graecum eſt,* Ἄλυσσον, *Dioſc. lib.* III. *cap.* 105. *Ibn Beith.*

أَامَةٌ, *de eo in* اوم *&* ايم *vide ſis.*

آهِ Dixit آهْ *ſeu* آهٍ; *quae eſt Particula gementis,* Ah. Heu. *Gi. Vide* اوه.

I. أَبَّ, *Fut. O & I.* Paravit ſe, accinxit & applicuit ſe corpore vel animo. *c c* ل, *item cap &* الى *r: ut* اب للسير او لينهب

Accinxit ſe ad iter vel ut abiret. *Gi. Za.* اب يده الي السيف, Expedivit manum, extendit, admovit gladio ad ſtringendum. 2, اب الي الوطن Tetendit in patriam: *ſc. deſiderio, vel ipſo itinere. Gi. Hinc i.q.* قصد : *ut* اب ابه, *id eſt*, قصد قصده. Contendit ad id quod voluit; rem ſuam egit, ſuam inſtitit viam: *vel* contendit ad eum, illum verſus. *& Intranſitive*, ابت اباتبه *i.e.* استقامت طريقته, Recta ſeu bene inſtituta fuit agendi ratio ejus aut vitæ regula. 3, Paratus deſtinatum certumque intentavit impetum, eove aggreſſus fuit. *Ca. pro quo etiam* وب *uſurpatur. Atque hinc univerſalius ſumitur,* Movit, commovit *rem. cca. Ca.*

أَبٌّ *Act.* ﷺ. أَبَّ. *& ipſum* Propoſitum. *Ca. item* Gramen, ſeu pabulum quodcunque virens. *Muzj. Gi. Opponitur in Cor.* فاكهة fructus. *Illud quippe pecori idem, quod hic eſt homini. Conſonat cum Ebr.* אֵב, *Ch.* אִבָּא. *imò* Quicquid viroris terra producit. *Ca. Ibn Marûf interpretatur* Paſcuum. pratum. *item* Nomen oppidi in Jemen, *i.e.* Arabia felice. *Ca.*

إِبٌّ Nomen pagi Arabiæ felicis. *Ca.*

II. أَبَّبَ Clamavit, vociferatus fuit: *ut qui adoritur hoſtem. Ca.* ἀβα clamor, *Heſych.*

أَبَابٌ *Act.* ﷺ. أَبَّ. *dicitur:* هُوَ فِي أَبَابِهِ Paratus & in procinctu ſtat. *Gi. item* Aqua. Potus. *Ca. fortè à Perſico* اب *âb*, aqua. *& hinc quoque videtur eſſe*

أُبَابٌ, Fluxus ingens. Fluctus, unda. *Ca.*

أَبَّةُ Nomen pagi gemini Bactrianæ; *quorum alter* ſuperior, *alter* inferior *dicitur. Ca.*

أُبَّةُ Nom. oppidi Africæ propriè dictæ. *Ca.*

أُبَيٌّ Nomen viri; *nempe* ducis cujuſdam Nabathæi, fil. Samigân. *Ca. &* Nomen fluvii prope Cufam; *&* alterius in Babyloniæ regione Waſith. *item* Nomen putei cujuſdam Medinenſis: *quod pro Fatha* ﷺ *etiam Damma habet. Ca. Refertur & ad* ابى.

إِبَّانٌ Tempus idoneum; καιρός. *Zam. Unde proverbium:*

أُبُّوتٌ Locus herboſus. pratum. *Mir. Maj.*

أُطْلُبِ ٱلْأَمْرَ فِي إِبَّانِهِ, Quære *vel* pete rem ſuo tempore & loco. *Zam.*

أَبَابَةٌ *Act.* ﷺ, أَبَّ, *ſign.* 1 *&* 2. *&* Inſtitutum, agendi *aut* vivendi ratio, & regula. *Ca.*

أَوُبٌّ *Plur. formæ* XII, *à Sing.* أَبٌّ, Gramina, virentia pabula. Prata. *Ca.*

V. تَأَبَّبَ *i.q.* تَبَحَّحَ, Irrauſit; raucedine correptus fuit, eâque laboravit. *Ca. velut ex clamore. Vide conj.* II. *item pro* تعجب, Admiratione *rei* affectus fuit. *cc* ب. *Ca.*

أَبَاءٌ *Coll.* أَبَاءَةٌ *Vn.* Arundo. *Gi. Ca.* Arundinetum. Papyretum. *Ca.* Extremitas ſeu ſpica arundinis. *Mu. Huc quidē referunt Sibuvæus & Camus: at ultimam Radicis literam Ie conſtituunt Gieuharis & Abu Beker. Ideoq; & ibi vide. Haud multum diſſidet ab Hebr.* אֵבֶה.

I. أَبَتَ *Fut. O; &* أَبِتَ *Fut. A.* Calore æſtuavit *dies. Gi. & in genere,* Ferbuit. *Mar. &* Intumuit *ex potu. cc* من. *Ca. ſed vide* آبث.

أَبْتٌ *Act.* ﷺ أَبَتَ. *Ca. item* Fervens, æſtuoſus *dies. Gi.*

أَبِتٌ *&* آبِتٌ, *Fœm.* ة. *Ag.* ﷺ أَبَتَ, Æſtuoſus, fervens *dies vel* talis *nox. Ca.*

أَبَتِ Pater mi. *pertinet ad* اب: *quod vide.*

أُبُوتٌ *Act.* ﷺ أَبِتَ. *Ca.*

أَبْتَةٌ Vehementia & ardor *iræ. Ca.*

V. تَأَبَّتَ *i.q.* إِحْتَمَدَ, Exarſit, excanduit *pruna. Ca.*

مَأْبُوتٌ *i.q.* مَحْرُورٌ, Fervens & æſtuans: *pec.* ira: *Ca. vel* temperamento. *Mar.*

I. أَبَثَ *Fut. I, i.q.* شَتَمَ *&* سَبَعَ, Probroſis verbis traduxit, *aut* incuſavit. Conviciatus fuit. *ccap, vel c* على *p. Mu. Ca. quaſi idem videtur cum* أبس. *Mar.* II. *Idem. Ca. Sed*

I. أَبِثَ, Potu & ingurgitatione lactis (*camelini Mar.*) intumuit & inebriatus fuit. *Gi. ex Abu Amro; qui tradit ſolum camelinum lac illa inebriandi pollere virtute. Convenit utcunque cum Ebr.* אבס, *quod* ſaginare & implere *notat.*

أَبِثٌ *&* آبِثٌ *i.q.* نَشِيطٌ, *cum quo etiam jungi ſolet,* Agilis, alacer. *Gi. quaſi* ابت fervens, *aut pro* ابص.

أَبَاثَى *Pl. ceu à Sing.* أَبْثَانُ, Saturi, ſatiati, cameli; & ita procumbentes humi. *Ca.*

مَأْبَثٌ Nomen proprium loci. *Ca.*

مُؤْتَبِثَةٌ, *Nomen à Conjugatione* VIII. *derivatum,*

vatum, Vter qui impletur lacte atque intumeſcit. *Ca. Reſpondet Chald.* אִבְּטָא.

أَبْجُ *i.q.* أَبَدٌ, Æternitas, ſeculum. *Ca.*

أَبْجَدْ Vox artificialis; prima earum octo, quibus literæ Alphabeti Arabici ordine Ebræo comprehenduntur.

أَبَخَ *pro* وَبَّخَ, Reprehendit, corripuit: objurgavit. *cca. Ca.*

أَبَدَ *Fut* I. Conſtitit, ſubſtitit. *Mu. Gi.* Perennavit. *quaſi contrarium τῷ Ebr.* אבד periit. *Item (Fut. etiam* O*) i.q.* توحش, Ferum *ſeu potius* à contrectatione *vel* conſuetudine alienum evaſit *animal*. Pavidum indomitumve fugit, aufugit. *Gi. Ca. Contrarium veluti ſignificationi præcedenti, & conveniens utcunque cum ſignificatione Radicis Ebrææ.*

أَبِدَ Iratus, ira percitus, & quaſi efferatus fuit. Societatem, conſuetudinem fugit. *Gi. Item* Obſcure & intricate (minus familiari & conſueto more) loquutus fuit. *Ca. Za.*

أَبَدٌ Ævum, ſempiternitas. *Gi.* Tempus fine carens: *uti* ازل quod caret principio. *Hinc* أَبَدَ ٱلْأَبَدِ, *vel* أَبَدًا, *vel* عَلَى أَبَدٍ, *vel aliud ſimile poſt ſe nomen habens in regimine, ſive Singulare, ſive Plurale*, εἰς αἰῶνα τῶν αἰώνων, In ſeculum ſeculorum. *Item*

أَبَدٌ *pro* أَأْبَدُ, Sempiternus, æternus *Ca. Denique* Proles unius anni, fœtus annicu- lus. *Ca.*

II. أَبَّدَ Perennem fecit: æternitate donavit. *Gi.* Fugacē, pavidum reddidit. terruit, à conſuetudine & ſocietatē alienavit. *Mar.*

إِبْدٌ Fœcunda, prolifera *ſerva vel aſina. Ca. à perennitate.*

إِبِدٌ *Serva vel aſina* Fugax *ſeu* immanſueta. *Ca.* Aſina ſylveſtris, quæ in deſerto vivit. *Mu.* Aſina. *&* Pullus aſinæ. Ancilla. *&* Ex ancilla natus. *Mar.*

أَوَابِدُ *Plur. à Sing. ſequente* آبِدَةٌ, Fugacia animalia. Feræ. *Hine* اوابد الطيور (*oppoſitum τῷ* قواطع) Solivagæ aves, & neſciæ cicurari; aut doceri, *ut dimiſſa ad locum redeant. Vnde proverbium* النعم اوابد فقيدوها بالشكر Beneficia ſunt fugacia, at ligate ea gratiarū actione. *Suna. Dicitur quoque* اوابد الكلام *i.e.* غرايبه, Peregrinæ & inuſitatæ locutiones. *Za. &* الشوارد *i.e.* اوابد الاشعار, Carmina *ſeu* rhythmi celebres. *Gi. velut per ora hominum paſſim vagantes: vel* incomparabiles, qui præſtantiâ pares non habent. *Za. quaſi ab aliorum ſocietate alieni: vel mirabiles & inuſitati.*

آبَادٌ *Pl. ab* أَبَدٌ, Secula, tempora æterna. *Gi.*

أُبُودٌ *Act.* & أَبَدَ. Subſiſtentia. Perennatio. *Gi. Item Plur. à Sing.* ابد, Secula: *Gi.*

أَبِيدٌ Perennis, æviternus. *Gi.*

أَبَدَ ٱلْأَبِيدِ Seculum ſeculorum. *Gi.*

ٱلْأَبِيدُ Nomen plantę. *Ca. fortè* Ἀείζωον Sempervivum.

أَبَدَةٌ Fœcunda, prolifera *camela*. *Ca.*

أَبَدَةٌ Hiſpaniæ Bæticæ *ſeu* Andaluſiæ oppidum. *Ca.*

آبِدَةٌ Animal fugax, *ſeu* pavidum, immanſuetum indomitumve. Fera. *A prima radicis ſignificatione ita dictum vult Camus, quòd ob longævitatem vulgo perennes creduntur feræ, & per ſe minus mortales. Item* Infortunium, & malum ingens, *utpote in ſecula memorandum. Gi. Immo* Res peregrina & inſueta quævis *Za. quin* Hiſtoria, fabula. Parabola. *Merc. Mar. fortè à Perſico* ابده Miranda res, *&* hiſtoria.

أَبَدِيٌّ Ad æternitatem ſpectans. Æternus.

ٱلْأَبَدَاتُ *Plur.* Fœcunda *ſeu* prolifera, quæ poſſidentur bona: *ut ſunt ſervæ, aſinæ, equæ: quippe quæ pariunt quotannis. Mu.*

ٱلْأَبَدَانِ Serva & equa. *Ca.*

أَبَدَ ٱلْأَبَدِينَ / ٱلْأَبَدِيَّةِ / ٱلْأَبِيدِينَ αἰῶν τ̃ αἰώνων, Seculum ſeculorum. *Gi. Ca.*

آبَدُ *i.q.* أَبِيدٌ. *Itemque hujus Comparativus & Superlativus. Za.*

V. تَأَبَّدَ Efferatus fuit: pavidus indomitusve fugit. A conſuetudine & ſocietate alienus evaſit. *Gi. Mar. De loco & manſione uſurpatum valet idem quod* اقفر, Vacua incolis & deſerta fuit, ac frequentata à feris. *Gi. Item i. q.* كلف, Lentigine *vel* maculis ex ardore Solis affectus fuit & laboravit.

boravit. *Ca. ut quod iis, qui præter conſuetudinem deſertis in locis verſantur & per ea fugiunt, præſertim ſub fervidiore cœlo, facile contingit.*

مَأْبِد Nomen loci. *Ca. Immo* Locus quivis & manſio, ubi quis ſubſiſtit. *Iac.*

أَبَرَ *Fut.* I. Pupugit *cauda ſcorpio. cca. Gi. Et Metaphoricè* confodit *dicteriis, maledictis. Et i. q.* اغتاب Abſentem diffamavit. *Gi. Ca. Item* Acum in eſca dedit. *cca. Gi. Et quia ita animal necatur,* Perdidit, exitio dedit. *Item (fut. etiam* O.*) i. q.* لَقَّحَ Palmam fœcundavit maris inſertione. *cca. Gi. Mar. quòd pungendo fit; vel Metaph. à punctorio animalium congreſſu; vel quòd eodem tempore ſpinæ & aculei lateribus ramorum adnaſcentes reſecari ſolent: niſi quis malit eſſe pro Pihel* עבר *i.e.* Fœtam reddidit. Inſeruit ſurculum. *Palmæ autem maris flores, qui per ſe infructiferi pro ſemine in ſe continent pulveris farinacei copiam, in fœminæ ſpatham indi ſolent. Ita enim hæc præſtantiores fert & uberiores fructus: qui alias rari, tenues, minus ſapidi, & fere exoſſes naſcuntur. Quin ſola juvat pulveris aſperſio: uti & Theoph. docet de cauſis plant. lib.3. cap. 23. Generalius exponit Camus per* اصلح Emendavit *vel* aptavit ad lætiorem proventum, *ſive palmam immiſſo maris pulvere; ſive ſata ſtercorando, aliove modo. de aliis dictum, quam de palmis & ſatis, nuſquam inveni. Hinc eſſe videtur* ابر *i. q.* صلح Bene habuit, probe diſpoſitus, & idoneus fuit. *Ca. quæ quidem* curandi, aptandi *ſignificatio etiam prior haberi poteſt;* fœcundandi *autem poſterior: quaſi* ابر *uſurpetur pro* ابرا *vel* ابري.

أَبْرٌ *Act.* Punctio. Datio acus in eſca. Applicatio maris palmæ ad fœmellam. *Gi.*

إِبَرٌ *Pl. à ſequente Sing.* إِبْرَةٌ, Acus. Aculei. Prominentiores & acuminatæ rerum extremitates. *Gi.*

II. أَبَّرَ *i. q. Conj.* I. Modo ſuprà expoſito curavit palmam vel ſata, lætioris proventus ergo. *Gi.*

أُبُرُ Nomen pagi. *Cam.*

ٱلْأَبَارُ Tractus territorii Waſith. *Cam.*

أَبَارُ ٱلْعَرَبِ Nomen loci inter Achfar & Feid. *Ca.* qui mediâ ferè viâ inter Cufam & Meccam. *Ia. Sed fortè ad* بار *referendum, quaſi* putei Arabum.

إِبَارٌ *Idem. Et i. q.* لَقَاحٌ Semen palmæ (nempe flores palmæ maris) quod inditur aut aſpergitur palmæ fœminæ ad fœcunditatem. *Gi.*

آبَارٌ *Pl. à Sing.* إِبْرَةٌ. *Item Chald.* אבר Plumbum: *& multis Medicorum* Plumbi uſtum. *Zei. quòd hoc apud eos potioris eſt uſus. At Ibn Sina quidem, cum per* رصاص اسود *exponit lib. 2.* plumbum *ſimpliciter intelligit, opponitque τῷ* رصاص ابيض Plumbo albo, *quod eſt* ſtannum: *namque* رصاص *ſæpe uſurpatur ut commune nomen utriuſque.*

أَبَّارٌ *Coll.* Pulices. *Cam. à pungendo. Item (& quidem rectius) ſine Teſdid; & juxta quoſdam cum Medda.*

إِبَّارٌ, *& nonnullis (at minus bene)* أَبَّارٌ, Acuarius, qui conficit aut vendit acus. *Ca.*

أُبَيْرٌ *Dimin. à ſequente* إِبْرَةٌ. *Item* Nomen aquæ. *Et* Nomen viri. *Ca.*

إِبْرَةٌ Acus. Mucro. Aculeus, ut ſcorpionis, apis. Prominentior & velut mucronata rei extremitas: ut cubiti, ſuffraginis, cornu. *Gi. Cam. Za.* ابرة الراعي Acus paſtoris, *i.e.* Geranium. *Ibn Beit. ob acuminatum ſemen, roſtro gruis ſimile.*

إِبَرِيٌّ Ῥαφιδοειδής, acuformis. Aculeatus. Mucronatus. *Et* Qui vendit acus. *Cam.*

ترقين *Act.* ‡ *Conj.* II. Notatio quæ nigro fit, ſeu nigra nota, in ratiociniis aut indicibus tributorum: ne quid bis computari contingat. *Gi. etiam* Lineas prope ab invicem ducere *&* inſignire punctis. *Ca.*

مرقى *i.q.* متراكم. Aggeſtus, accumulatus, *Gi.*

رقوة Cumulus arenarum. *Gi.*

ترقوة, *Plur.* تراقي. Clavicula ſupremi pectoris. *Gi. &* circa duas claviculas anterior pars gutturis. *Ca.*

I. رقي, *Fut. A. Act.* رقي *&* رقي، رقى. Aſcendit *per ſcalam. cc* في. *Hinc* ارق علي ظلعك *Arki.* Adſcende quoad potes: ne plus ſatis in te ſuſcipe. 2, Incantavit, faſcinavit. *& contra,* Magiâ, aut magico amuleto, adverſus præſtigias munivit. *ccap.* II. Extulit, fecit ut adſcenderet. *cca.* 3, *i.q.* رفع, Retulit *dictum ad eos,* acceptum aliunde. IV. *i.q. Conj.* I. *ſc.* Aſcendit *per gradus, cc* في. V. Aſcendit, ſuperior evaſit. Promovit provectuſque paulatim fuit *in ſcientia. cc* في. VIII. Aſcendit, evectus fuit. X. Rogavit ut incantaret, *vel* magiam adhiberet. *ccap. Gi.*

راقي, *Fæm.* راقية, *vel ho*[…] *Maſc. cum* ة *intenſivo, Plur.* رواقي, Incantator. Faſcinator. *Gi.*

رقية, *Act.* ‡ *Conj.* I. *ſign.* 2. *&, Plur.* رقى, *ipſa* Magia: incantatio. Magicum amuletum. *Gi. Ca.*

مرقي Faſcinatus *&* Magiâ munitus. *Gi. Ca.*

مرقاة Locus ubi aſcenditur per gradus. *item, ſeu potius*

مرقاة, Inſtrumentum quo aſcenditur. *pec.* Scala. *Gi. Ca.*

مرقيا الانف *Plur.* ‡ *prox. prac.* مراقي Duo latera naſi. *Gi. Ca.*

I. رك, *Fut. O. Act.* رك *&* ركاكة, *i.q.* رق *aut pro eo,* Debilis tenuiſque fuit. *Gi. Ca. & Tranſ.* Injecit *collo* aſtrinxitque *vinculum. &* رك الذنب في عنقه Obnoxium fecit eum peccato, *vel* imputavit illud. *Ca.* Impoſuit *rem aliam alii. cca unius &* الي *alterius. Gi. item* Coivit cum *muliere,* ſubegit *eam.* Vexavitque & laſſavit. *cca. &* Preſſit *rem,* ut tumorem cognoſceret. *cca. Ca.* IV. Tenui pluviâ pluit *cælum, & in Paſſ.* eâ affecta fuit *terra. Gi.* VIII. *i.q.* ارتج *aut pro eo,* Tremuit. *&* Suſpicionem concepit *de muliere. cc* في. *Ca.* X. Debilem (nec bonum aut ſalubrem *Mar.*) cenſuit. *cca. Gi.*

رك، رك *&* ركيكة, ركاك, *Pl.* ركاك، أركاك. Pluvia tenuis: quæ ſupra رق. *Gi. Ca.*

ركيك, *Plur.* ركاك، ركاك, *i. q.* رقيق. Tenuis. Exilis *voce.* Rarus *textura. ccg. Gi. item pec. uti quoque*

أرك، ركاكة، ركاك, Imbecillis mente. *&* conſilio

conſilio viliſque. Negligens uxorem, ſuoſve, & ab iis neglectus. *Ca.*

رَكَّاءٌ Vocis repercuſſio, echo. *Ca.*

رُكَّا & رُكَّي, Cito liqueſcens: *pecul.* adeps. *Gi.*

رَكَاكَةٌ Imbecillitas mentis, ac vecordia hominis de uxore minime zeloſi. *Gi.*

مُرْتَكٌّ Qui obſcure ac indiſtincte loquitur *ebrius homo. Gi. aut litigator:* quamvis alias diſertus. *Ca.*

مَرْكُوكٌ Concinnatus bene & accommodatus *uter. Gi.*

Q. رَكْرَكَ Agitavit *utrem* cum butyro: *ut fit, cum hoc in unum cogitur. cca. Ca.*

رَكْرَكَةٌ Imbecillitas, debilitas *in quavis re. Gi.*

رَكْرَاكَةٌ Magnis natibus femoribuſque prædita *fœmina. Gi.*

I. رَكِبَ, *Fut. A, Act.* رُكُوبٌ, Vectus fuit, inequitavit, inſedit. Aſcendit ut veheretur. *ccar. Gi.* 2, *Metaph.* Aggreſſus fuit, perpetravit, commiſit *delictum. cca.* 3, *Fut. O,* Percuſſit in genu *vel* genu ſuo. *cca. Gi. Ca.* 4, *mediâ Keſratâ,* Magno genu fuit. *Ca.* II, Compoſuit. Alterum alteri impoſuit: inſeruit *palam annulo, cuſpidem telo. ccar &* في. IV. *Tranſ. ÷ Conj. 1. ſign. 1. ccga. & Intranſ.* Inequitationi idoneus evaſit *equuleus.* V. *Paſſ. ÷ Conj.* II. VI. Compoſiti, conjuncti inter ſe compactique fuerunt. *&* Coagmentatus fuit. *Gi. Ca.* VIII. *i. q. Conj. 1. ſign. 1. & 2. cca. Gi.*

رَكْبٌ *Act. ÷ ſign. 3. Mar. & Coll. Pl.* أَرْكُبٌ *&* رُكُوبٌ *Rakoubon,* Camelis in itinere ſimul vectorum manus. *etiam ſubinde* in equis *pecul.* numero decem *vel* paulo plurium. *Gi. Ca. Plurale* ȝ راكب *ſeq. facit Meid. & alii.*

رَكَبٌ, *Pl.* أَرْكَابٌ *& hinc* أَرَاكِيبُ, Locus ubi exoritur pubes. *& ipſa* Pubes. *juxta quoſdam proprie* in muliere. *Gi. Ca. & ipſa* Muliebria. *Ca.*

رُكْبٌ *Pl.* ȝ رُكَّابٌ *ſeq. ſign. 1. & 2. Gi. Ca. & Pl.* ȝ ركيب *ſeq. ſign. 3. Ca.*

رَاكِبٌ, *Plur.* رُكْبَانٌ *&* رُكَّابٌ, Inequitans: qui vehitur. *at proprie* in camelo: *uti* فارس in equo & aſino; *quamvis de hoc* quidam حمار *Hammâron eſſe dicendum velint. tamen &* Navigans. *Gi. Mar. &* ركبان *Plur.* ȝ ركب *Recbon ſign. 2. Gi.* 2, راكب *eſt* Surculus è palmæ ſuperiore parte ſuccreſcens. *Gi.* iſque pendulus deorſum, non tamen attingens terram. *Ca.* 3, Morbus quidam in ovis dorſo naſci ſolitus. *Mar.*

رَكُوبٌ *&* رَكَّابٌ Inequitans. *Ca. item poſterius* In quo inequitatur *animal. Gi. &* Quæ equitando teritur *via. Gi.*

رِكَابٌ, *Plur.* رُكُبٌ, Stapedes *ephippii,* in quibus pedem figit eques. *Gi. Ca.* 2, Navis. *Gi. Mar.* 3. *Coll. Pl. etiam* ركبات *Ricabâton, &* ركائب, Cameli vectarii, quibus inequitatur. *Gi.* onerarii. *Meid. Singulari carere volunt: & pro eo uſurpari* راحلة. *Gi.* ركاب السحاب Venti. *Ca.*

رَكِيبٌ *i. q.* مُرَكَّبٌ. *ſc.* Impoſitus, inſitus alteri rei. *Gi.* 2, Qui una cum alio vehitur. 3, In ſeriem plantatæ *palmæ. &* Agger inter duos rivos medius. *aut* Palmæ, vites, ſeges, inter duos muros ſepeſve. *Ca.*

رَوَاكِبُ Ductus adipis in anteriore gibbi camelini parte: *ut* qui in poſtica روادف. *Ca.*

رَاكُوبٌ *i. q.* رَاكِبٌ *ſign. 2. Gi.*

رِكْبَةٌ Inequitandi modus. *Gi. & Pl.* ȝ رِكَابٌ *ſign. 1. Mar.*

رُكْبَةٌ, *Pl. mult.* رُكَبٌ, *Pl. pauc.* رُكْبَاتٌ *&* ركبات *Rocabâton, & Racabaton,* Genu. *Gi. &* Cubitus. *ac* quicquid illis reſpondet. *Ca.*

رَكْبَةٌ Simul equitantium turba minor quam ركب *Recbon. Gi.*

رَاكِبَةٌ *&* رَاكُوبَةٌ *i. q.* رَاكِبٌ *ſign. 2. Gi.*

رَكُوبَةٌ Vectarium, cui inequitatur, *animal: uti* حمولة onerarium. *Gi.*

رَكَبُوتٌ, رَكَبَاتٌ, رَكْبَانَةٌ Cui inequitatur *aut* obſequens *camela. Gi.*

رِكَابِيٌّ Camelis ſubvectum *oleum: ita certum olei genus Damaſcenum dicitur. & i. q. Perſ.* ركابدار *Ricâbdâr,* Qui tenet ſtapedes, ut dominus adſcendat. *Meid.*

أَرْكَبُ Magna habens genua. *at* unum habens majus altero, *de camelo. Gi.*

أَرْكُوبٌ Simul in camelis equitantium turba, τοῦ ركب *Recbin* major. *Gi.*

مَرْكَبٌ *Act. ÷ Conj. 1. ſign. 1. & Pl.* مَرَاكِبُ, Vehi-

Vehiculum, jumentum. Currus. Navis. *Gi.*

مُرَكَّب Compoſitus. Impoſitus, inſitus. *Gi. & pec.* Qui mutuatitio vehitur equo in expeditione, ea lege ut dimidium prædæ domino cedat. *Gi.* Origo, ſtirps. & Dignitas. *Gi. Ca.*

مَرْكُوبٌ In quo & per quod, *uti via*, equitatur. *Gi. Ca.*

مُتَرَاكِبٌ Compactus, coagmentatus. *Mar.*

I. رَكَحَ, *Fut. A, Act.* رُكُوحٌ Innixus fuit. Inclinavit. *cc* الى. IV. *Idem. Gi. ejuſque Tranſ. ccap &* الى *r.* V. *i. q.* تلبث. توسع. تصرف. VIII. *i.q. Conj.* 1. *Ca. &* Fartim impletus fuit *catinus. Gi.*

رُكْحٌ, *Pl.* رُكُوحٌ & أَرْكَاحٌ, Angulus extremitaſque montis *Gi &* Validius ejus latus. *Mar. ac* Fundamentum. *Ca. item, uti quoque*

رُكْحَةٌ, *i.q.* سَاحَةُ ٱلدَّارِ, Media area domus, cavædium. 2, Pars intritæ ſuperſtes in ſcutella. *Gi.*

رُكْحَاءُ Terra dura groſſior altiorque. *Ca.*

مِرْكَاحٌ A dorſo retrorſum vergens *ephippium aut ſella. Gi.*

مُرْتَكِحٌ Intritâ fartim impletus *catinus. Gi.*

I. رَكَدَ, *Act.* رُكُودٌ & رَكْدٌ, Conſtitit, ſtabilis fuit. Quievit, *aqua, ventus, navis* tranquillus fuit *populus.* In culmine quaſi conſtitit *Sol*, in æquilibrio *ſtatera. Gi.*

رَاكِدٌ, *Fœm.* ة, *Pl.* رَوَاكِدُ, Stabilis, quieſcens. *Gi. Mar.*

رَكُودٌ Repleta *ſcutella. Gi.* Continuo lacte pollens *camela. Ca.*

مَرَاكِدُ Loca ubi homines, &c. quieſcunt. *Gi.*

I. رَكَزَ, *Fut. O & I. Act.* رَكْزٌ, Defixit in terra *haſtam. c ca. Gi. &* in mineris *argentum aurumve Deus. c ca.* 2, Pulſavit ac palpitavit *vena.* II. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *Gi.* IV. Invenit mineram, *vel* defoſſos antiquorum theſauros. *Gi. &* Aurum argentumve continuit *minera.* VIII. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 2. Firmus ſtabiliſque fuit. *Ca. &* Infixâ terræ arcus extremitate unâ incubuit alteri. *Gi.*

رِكْزٌ Sonus ſubmiſſus & occultior. *Gi. item* Pulchritudo. Vir doctus, intelligens, liberalis. *Ca.*

رِكْزَةٌ & رِكَازٌ Foſſilia terræ: *pec.* pretioſiora. & *prius* Opes theſaurive in terra reconditi: *ſpec.* antiquioris ævi. & Pars auri argentive. *Gi. Ca.*

رَكِيزَةٌ Palma à ramo avulſa. ركزة *Nom. Vnit.* ة رِكَاز *præc. Ca.*

مَرْكَزٌ Centrum circuli *aut* rotundi. *Gi. Mar. &* Locus ubi quis conſiſtit degitve. *pec.* Militum caſtra. *Gi. Ca.*

I. رَكَسَ, *Act.* رَكْسٌ, Invertit, ſubvertit: præcipitem dedit. *cca. Gi.* Conſtrinxit vinculum رِكَاس *ſeq. Ca.* IV. *i q. Conj.* 1. *cca.* VIII. *Paſſ.* ℞ *Conj.* 1. & arctiore loco compreſſus fuit. *Ca.* Recidit *in rem* unde evaſerat. *cc* فى. Conſtitit in area *loco ſuo, eumque* tenuit, *bos. cca. vide* رَاكِس. *Gi. Ca.*

رِكْسٌ *i. q.* رِجْسٌ, *aut pro eo,* Sordes: impuritas. *Gi.*

رَاكِسٌ Bos in medio areæ conſiſtens, quem alii obeunt triturantes. *Gi. Ca. & i.q.* هادى, Ductor. *Gi.*

رِكَاسٌ Funis, quo capiſtrum cameli religatur ad tarſum, ut ita detineatur caput. *Ca.*

رَاكِسَةٌ *Fœm.* ة رَاكِس *præc.* Talis vacca. *Gi.*

رَكُوسِيَّةٌ Secta quædam media inter Chriſtianos & Sabas. *Gi.*

I. رَكَضَ, *Fut. O, Act.* رَكْضٌ, Motitavit *pedes*; in terram impegit. *cc* ب. *Gi. Mar.* Pede percuſſit *eum camelus. ccap.* Motis *pedibus* impulit *equum* ad curſum. *ccap &* ب *inſtr.* & In curſum actus fuit. & currit. *(quamvis hoc proprie formâ Paſſivi dicatur Gi.)* & Fugit, aufugit. *Ca. item* Motitavit alas in volatu *avis. Gi.* لا يركض الضعي Non tuetur ſe ipſum. *Ca. &* Motus in utero matris fuit *fœtus. Mar.* III. Certavit equi curſu. *ccap.* IV. Fœtu grandeſcente ac agitante ſe prægnans fuit *equa, mulier. Gi.* VI. Concurrerunt ſimul *ad alium. cc* الى. *Gi.* VIII. Commovit ſe in utero *fœtus. Gi. Ca. ita &* mortis tempore *caſus. ac in genere* Mota fuit commovitque ſe *res quæcunque. Mar. &* Turbatus ac percuſſus fuit *in negotio ſuo. cc* فى. *Gi.*

مَرْكُوضٌ & مُرَاكِضٌ In curſum actus ac currens *equus. Gi. Ca.*

ركوض

مُرَكِّش Valide velociterque ſagittas impellens *arcus*. *Gi.*

رَكْضَة Motus us. Impulſus. *Gi. Ca.*

مِرْكَض Rutabulum. *Ca.* مِرْكَضَة Latus incurvum arcus. *Gi. Ca.* medium ejus ac manubrium. *Merc.*

مُرْتَكَض Locus *aquæ*, ubi colligitur confluitque. *Ca.*

I. رَكَعَ, *Act.* رُكُوعٌ, Deorſum inclinavit ſe caputve ſuum, humilitatis ac reverentiæ monſtrandæ ergo: *vel* præ ſenio. *pec.* ita ut manus imponantur genubus, *vel* depreſſum dorſum æqualiter exporrigatur. *ſicuti in precatione ſubinde faciunt gentes Orientis.* E divite pauper evaſit, & depreſſiore conditione. *Gi. Ca.*

رَاكِعٌ, *Pl.* رُكَّعٌ & رُكُوعٌ, Caput demittens deorſumve flectens. *Ca.*

رَكْعَة, *Pl.* رَكَعَات, Inclinatio capitis: *pec.* ſacra, quæ fit inter precandum. *unde* رَكَعَ رَكْعَة, *aut* رَكْعَتَين, *aut* ثَلَاث رَكْعَات *eſt* peregit preces. *Gi. Ca.*

رُكْعَة Terræ pars depreſſa ac concava. *Ca.*

VIII. إِرْتَكَفَ Terrę inhæſit delapſa *nix*. *Ca.*

I. رَكَلَ, *Fut. O.* Percuſſit *pede equum*, & adegit ad curſum. *cca &* ب *inſtr.* & Vno pede percuſſit *eum*. *cca. Gi. Ca.* II. *Idem*, Pedibus ungulisve pulſavit. *Mar.* V. Pedem impegit in rem, eoque impoſito ac premente adegit *ligonem* in terram. *cc* ب. VI. Pedibus percuſſêre invicem. *Gi.*

رَكْل *Act. & Coll.* Porrum. رَكَّال Venditor porri. *Ca.*

رَكْلَة Faſciculus olerum. *Ca.*

مَرْكَل, *Plur.* مَرَاكِل, Via. & Latus jumenti ſeu pars ea, quam fodicat eques, ut ad curſum impellat. *Gi.*

مِرْكَل Pes. مُرَكَّلَة Vngulis calcata *terra*. *Ca.*

I. رَكَمَ, *Fut. O*, *Act.* رَكْمٌ, Congeſſit: coagmentavit, coacervavit. *cca.* VI. & VIII. *Paſſiv.* & Ita denſus compactuſque evaſit. *Gi.*

رُكَام & رُكْمٌ Nubes coagmentata, & poſterius quoque talis arena, & ſimilis. *Gi. item ut Adject.* Denſum compactumque agmen. *Ca.*

رَكَنَ, *Fut. O & A*, & رَكِنَ, *Act.* رُكُونٌ, Acclinavit ſe, ac requievit, nixuſque fuit. *cc* الي. *Gi.* & , *mediâ Dammatâ*, *Act.* رَكَادَة *Recanaton*, & رُكُودَة, Firmus ac conſtans fuit. *Ca.* II. Similem fecit. *Mar.* V. Firmus, ſtabilis, *ſeu* firmatus ac ſtabilitus, fuit. *Gi. Ca. Mar.*

رُكَّنٌ & رُكُنٌ, Mus. *Ca.*

رُكْنٌ, *Pl.* أَرْكَان, Angulus, *id eſt* latus ſolidius rei, quoque aliquid nititur; anterius. *hinc* Præſidium, fulcimentum, ſtabilimentum *cu uſque rei.* & Res magni momenti. *uti in Pl.* Proceres *regni. Gi. Ca.*

رَكِين Gravis ac conſtans *vir*. Altiora latera habens *mons*. *Gi. Ca.*

مِرْكَن Labrum: *pec.* figlinum lapideumve, in quo lavantur veſtes. *Gi.*

مُرَكَّن Magnum, & validis quaſi lateribus compactum, *uber.* & talibus prædita uberibus *camela*, *ceg. Gi.*

I. رَكَا Bene concinnavit, conſtituit. & conſtrinxit, firmavitque *rem. cca. Gi. Ca.* Imputavit *illi*, ac rejecit *in illum*, *culpam. ccar &* الي *p. item* Conſtitit, ſubſtitit, exegitve tempus. *Gi.* & Diſtulit. *Ca. etiā, uti &* IV. *ultimâ* ي, Duplicavit *onus in camelo. ccar &* علي *p.* & IV. *ult.* ي, Moram conceſſit *uſque hunc vel illum terminum. ccap &* الي *temporis. item* Confugit *cc* الي. & *Tranſ. hujus. ccap &* الي *r.* Inſtruxit, proſpexit. & curavit. *ccar &* ل *p. Gi.* VIII. Confiſus fuit. *Mar.*

رَكِيّ Vena pertuſa ac fluida. *Gl. Mar.*

رَكِيّ, *Compar.* أَرْكَي, Debilis, infirmus. *Ca. item i.q. ſeq.* رَكِيَّة *ejuſque Pl. ſc.* Puteus. & Putei. *Gl. Mar.*

رَكْوَة, *Pl.* رِكَاء & رَكَوَات, رُكْوَة, مِرْكَوَة, Vas aquarium. *Gi.* Parvus uter. *Merc.* Lacus aquæ ſeu ciſterna. *Mar.* & Panniculus qui ſupponitur exprimendis rebus. *Gi.* & Natura mulieris. *pec.* patentior. *Ca.* صارت القوس رَكْوَة *Recwatan* Retro impulſus arcus fuit: *de perverſo negotio dicitur. Gi.*

مَرْكِيَّةٌ, *Pl.* مَرَاكِيُّ & مَرَاكَايَا, Puteus. *Gi.* *pec.* mundior. *Merc.*

مَرْكُوٌّ Concinnatus, inſtauratus. *Mar. item* Lacus aquæ ſeu ciſterna magna. & Parvus جرموز. *Gi. Ca.*

مُرْتَكٍ & مُرَاكٍ Perennis, firmuſque. & *poſterius* Fretus, confidens. *cc* علي. & مرتكي *Múrtekan ipſa* Fiducia. *Gi. Ca.*

مَرَاكِي ſeu مَرَاكِيُّ *Pl.* مَرْكُوٌّ *ſign.* 2. & *prox. ſeq. Gi. Ca.*

مَرَاكِيَةٌ No. arboris ex τ̃ حَمْضٍ genere. *Ca.*

I. رَمَّ, *Fut. O & I. Act.* رَمٌّ & مَرَمَّةٌ, Concinnavit: reparavit, reſtauravit *domum.* *cca.* 2, Labiis decerpſit *vacca: pec.* ſurculos *de arbore. cc* من. & Comedit, voravit *rem. cca.* 3, *Fut. I.* Computruit, carioſus evaſit; tritusque fuit. IV. *Idem.* &, *quaſi contra,* Medulloſum fuit *os. vide* رم *Rimmon ſeq. Hinc dicitur* لا يجرم منها مضرب *Mádribon* Non medullam ex eo referet percuſſio: *de ove macra. Gi. item* Conticuit. & Propenſus fuit in ludicra. V. *i. q.* تفرق. *Ca.* VIII. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *Gi.* & Gibbo intumeſcere cœpit ac ſucci plenus evadere *pullus camelinus. Ca.* X. Reſtauratione opus habuit *murus.* & Reparare voluit. *Mar.*

رَمٌّ *Act.* τ̃ *ſign.* 1, 2, 3. رُمٌّ *ſign.* 1. *Mar. item utrunque i. q.* بد *Buddon.* ما لي حم منه ولا رم Non poſſum hoc effugere. ما له حم ولا رم *cum Damma utriuſque,* Non eſt illi quicquam. *Gi. item prius* Fugitivus. *Mar.* & *ſecundum i. q.* هم. *Ca.*

رِمٌّ *i. q.* ثَرًى. *Gi.* Terra. *Mar.* & *i. q.* نِقْيٌ, Medulla. *ſeu* medulloſitas oſſis. & Multæ opes. جاء بالرم والطم *Timmin* Plurimas apportavit opes. *Gi. aut* marinum & terreſtre: aut humidū & ſiccum, aut aquam & terram. *Ca. item. Rimmon* Feſtucæ ſtipulæve herbarum, quas aqua defert, aut quæ in ſuperficie terræ. *Ca.*

رِمَّةٌ Vetuſtus, lacerus, putriduſque *funis.* *Ca.* 2, *Plur.* τ̃ *ſeq.* رمة *Rimmaton ſign.* 2. *Gi.*

رِمَامٌ *Idem ſign.* 1. & 2. & *Pl.* τ̃ رِمَّةٌ *ſeq.* *Ca.*

رُمَامٌ *i. q.* رَمِيمٌ Carioſus. *Ca.*

رَمِيمٌ *Act.* τ̃ *ſign.* 3. & *comm. gen. Pl.* رُمُمٌ & ارماء, Carioſus. *Gi. item* رميم *i. q.* جواري كبسات. *Ca.*

رَمَّاءُ Alba ac candicans *ovis. Ca.*

رِمَّةٌ *Act.* τ̃ *ſign.* 3. *item, Plur.* رِمَمٌ & رِمَامٌ, Carioſum os. *Gi.* 3, Teredo. 4, Formica alata. *Ca.*

رُمَّةٌ, *Pl.* رُمَمٌ, Pars funis: *pec.* vetuſti tritive. *Gi.* Funis quo ligatum quadrupedis collum. *Meid.* شيء برمته Res tota nulla reſervatâ parte. *inde natum, quod quis alteri camelum donavit cum putrido in collo fune. Gi. quin &* Ita dare alteri camelum. & *i. q.* جبهة, Frons. *ubi & in ſine Teſdid uſurpatur. Ca.*

مَرَمَّةٌ & مِرَمَّةٌ Labium vaccæ: uti & omnis animalis bifidam habentis ungulam. *Ca.*

رُمَامَةٌ *i. q.* بُلْغَةٌ, Quod ſuſtinendæ vitæ ſufficit. *Ca.*

أَرْمَامٌ Vetuſtus putriduſque *funis. Ca.* & *Plur.* τ̃ رمة *Rómmaton præc. Gi.*

مَرَمَّاتٌ Infortunia. مَرَامِيمُ Sagittæ concinnatæ plumis. *Ca.*

Q. رَمْرَمَ Motitavit os *ad loquendum. cc* لِ. II. Muſſitavit. & Siluit, conticuit. *Gi. Ca.*

رَمْرَامٌ Genus arboris. & Herba ſeu pabulum temporis verni. *Ca.*

I. رَمَأَ, *Fut. A. Act.* رَمْأٌ & رُمُوءٌ, Subſtitit, commoratus fuit *aliquo loco. cc* ب. *Gi.* 2, Auctus fuit, excrevit, *ſupra centum. cc* علي. *Ca. Mar.* 3, Opinatus fuit, verumque credidit. *cca.* IV. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *item* Acceſſit, appropinquavit *ei. cc* الي. *Ca.* Vſuram cepit. Projecit. *Mar. pro* رمي.

مَرْمَأَةٌ Vanus ac inanis rumor *novarum rerum. ccg. Ca.*

I. رَمَثَ *i. q.* رَمَّ. *aut pro eo,* Concinnavit: reſtauravit. *cca.* 2, Contrectavit, palpavit, manu. *cca. Gi.* 3, Perplexum confuſumque fuit *negotium. Ca.* 4, *media Keſratâ,* Comedit *camelus* رمثا, *Rimtan,* atque ex eo male habuit. II. Reliquit lactis aliquid in ubere. IV. *Idem. Gi.* & Superavit *quinquaginta. cc* علي. Pepercit *opibus ſuis. cc* في. & *i. q.* لبن & اربي. X. Pepercit *opibus. cc* في. *Ca.*

رِمْثٌ *Act.* τ̃ *ſign.* 1, 2, 3. *Ca.* & 4, *Mar.* رمث Species pabuli camelini ex τῶ حمض genere. *Gi.* & Arbor ſimilis τῶ غضا. & Trita laceraſque veſtes indutus *vir.* & Corpore infirmus. *Ca.*

رَمَقٌ *Act.* ſ *ſign.* 4. *&* Ratis ex lignis compacta, quâ navigatur. *item* Reliquiæ lactis in ubere. *Gi. Ca. & in genere,* Redundans ac ſuperflua res, *&* Suſpenſio utris butyracei, cujus agitatione elicitur ex lacte butyrũ. *Ca.*

رَمِقَةٌ، رَمَقِيٌّ *&* رَمَاقِيٌّ Ex paſtu ſ رَمَثٌ laborans *camela. Ca.*

رَمَّانِيَّةٌ Bucula ſylveſtris fœmella. *Ca.*

أَرْمَاتٌ *i. q.* أَرْمَامٌ, *aut pro eo,* Vetuſtus trituſq; *funis. & Pl.* ſ رِمَثٌ *Rêmaton præc. Gi. Ca.*

مَرْمَثَةٌ Vbi رِمْثٌ creſcit *terra*, مَرْمُوثَا Confuſio rerum. *Ca.*

مَرْمُوثَةٌ Ligno munitus *puteus. Ca.*

رَمْجٌ Stercoris excretio, quæ ab avi fit. *Ca.* Delere ſcripturã, obliterare ſignum. *Mar.*

رَامِجٌ Illex præda, ſeu illicium volucre, quo capiuntur aves rapaces. *Ca.*

رَمَاجٌ Taleolę & internodia haſtæ. *Ca.*

تَرْمِيجٌ Vitiatio linearum ſcripturæ. *Ca.* *vide* رَمَجَ *præc.*

I. رَمَحَ, *Fut. A,* (*Act.* رَمْحٌ *Mar.*) Confodit haſtâ. *cca.* Calcitravit *equus, aſinus, mulus.* Glaream pedibus rejecit *bruchus.* Splenduit *fulmen. Gi.*

رُمْحٌ, *Pl.* أَرْمَاحٌ *&* رِمَاحٌ, Haſta, lancea. *&* Stella in genu Bootis. *vide* رامح *ſeq.* رماح الجن Peſtis. *&* Cauda ſcorpionis. *Ca.* اخذت رماحها Pinguis evaſit *camela:* Abundavit lacte. *quod illa quaſi arma innoxio animali, quibus ſe tueri poſſit. Gi.*

رَامِحٌ Qui confodit haſtâ. Haſtifer, haſtatus. *&* Habens haſtam. Cornutus *taurus.* السماك الرامح *Aſſimâco* Arcturus. *propter ſtellam præcedentem, quæ dicitur haſta illius. Gi.*

رَمَّاحٌ Haſtarum confector. *&* Haſtâ ludens. *Gi. Ca.*

رَمُوحٌ Calcitroſum *jumentum. Ca.*

رُمَيْحٌ *Dimin.* Haſtula. *&* Veretrum maris. ذو الرميح Species talpæ longipes. رميح ابي سعد *Sadin,* Scipio quo nititur ſenex. *Gi. Ca.*

رِمَاحَةٌ Ars conficiendi haſtas. *Gi. &* Paupertas. Egeſtas. *Ca.*

رَمَّاحَةٌ Vehementi impetu ſagittam impellens *arcus. Ca.*

I. رَمَخَ Lenis *&* obſequens fuit *homo.* Annoſum pinguiuſque evaſit *jumentum. Gi.* IV. Primâ formâ immaturos tulit dactylos *palmæ. Ca.*

رَمْخٌ Arbores denſæ & perplexæ. *Ca.*

رَمْخَةٌ, *Pl.* رِمَخٌ *&* رَمْخٌ, Dactylus immaturus, τῷ بلح prior. *Ca.*

I. رَمَدَ, *Fut. O & I,* Supervenit *iis: pecul.* exitium inferens. *cca. & Intranſ. Fut. I,* Interiit grandine, pruinâ, *grex. Keſratâ medii,* Oculi dolore, *pec.* ophthalmiâ; laboravit. II. Impoſuit cineribus *rem. Gi.* iiſque inquinavit. *Mar. &* Lactavit, lac emiſit, *ovis, vacca.* IV. *Idem.* Ad paupertatem devenit. *pec.* pecorum interitu. *Gi. & Tranſ.* Ophthalmiâ affecit *eum Deus. cca.* IX. *i. q. Conj.* 1. *ſign. ult. &* Cinereo colore fuit. *Mar.*

رَمْدٌ *&* رَمَادَةٌ Interitus. *pec.* pecorum, qui grandine *aut* pruina fit. *unde* عام الرمادة *dictus fuit* Annus Hizjræ XVIII. *quo homines & pecora perierunt. Gi. Ca.*

رُمْدٌ, *Pl.* ſ أَرْمَدُ, Cinerei. *&* Culices: *quia tali ſunt colore. Mar. Gi.*

رَمِدٌ Ex oculis laborans, *pec.* lippus. *Gi. Ca.*

رَمَدٌ *Act.* ſ *ſign. ult. & ipſa* Lippitudo. *Gi.*

رَمَادٌ Cinis. *& ut* κονία, Lixivium. *Gi. Dioſc.*

رِمْدِيدٌ، رِمْدِدٌ، رِمْدِدٌ, Exitialis. *Gi. Ca. Mar.*

رَمْدَاءُ Struthiocamelus. *ob colorem. Gi.*

رَمَادٌ, *i. q.* أَرْمِدَاءُ, رِمْدَدَاءُ, Cinis. *Gi. Ca.*

رِمْدَةٌ Pars reliqua *rei* exigua. *ut quæ vix inſici ceu cineribus, manus poſſint. Gi.*

أَرْمَدُ Cinereus colore. Ophthalmiâ laborans. *& i. q.* رمدد *Rimdidon præc. Gi. Ca.*

مُرْمَدٌ Lippus. مُرَمَّدٌ Prunis cineribuſque impoſita *aſſanda caro. Gi. Ca.*

I. رَمَزَ, *Fut. O & I,* Innuit, indicium fecit, motis labiis, ſuperciliis. *Gi. &* linguâ, manu. *Ca.* ·2, Vix potuit movere ſe *camela,* præ gravitate corporis aut obeſitate. 3, Aſſilivit

ſilivit *dorcas.* 4, Non contentus paſtore commiſit *gregem* paſtori alteri. *cca.* 5, Replevit *utrem. cca.* 6, Adegit, impulit. *cca p* & ب r. 7, *Dammatâ mediâ*, Multum mobilis fuit, & alius quem denotat رميز. Ca. V. Commotus ac conturbatus fuit *ab inflicto ictu. cc* من. *Gi.* Commoti ſunt *homines* ſuo loco, ob tumultum rixamve. 2, Paratus fuit, accinxit ſe. 3, Vehementer pepedit. *Ca.* VI. Comedit panem cum uvis. *Gl. Mar.* VIII. *i. q. Conj.* v. *ſign.* 1. *utrâque. Gi. Ca.* Contremuit. *Mar.* XI. Motus ac agitatus fuit, commovit ſe. *Gi* & *i. q.* زال, Defecit. & *contra*, Affixus loco manſit. & In ſe contractus fuit. *Ca.*

رمز *Act.* ✝ *ſign.* 1. *Mar.* رمز & رمز *ipſe* Talis nutus ac indicium. & *prius Rumzon* Benevalentes, corpore integri, & obeſi, *cameli.* *Ca.*

رميز Mobilis valde. & *quaſi contra*, Gravis, modeſtus. Intelligens, prudens. Origine nobilis. Honoratus, magni habitus. & *ceu contrar.* Anguſtus *mente. ccg.* Multus. *Ca.*

راموز Mare. *Gi.* Stirps, origo. Typus ac exemplar. *Ca.*

رمّازة Quæ oculis innuit. Meretrix. & Podex. *Ca. Mar.* & Exercitus præ multitudine huc illuc agitatus & fluctuans. *Gi. Ca. Meid.* & Adeps ſeu viſcôſum quid in genu. *Ca.*

ترامز Validus valdeque robuſtus. *Ca.*

I. رمس *i. q.* رمي, *aut pro eo*, Petivit, jaculatus fuit, *eum ſagittâ. cca* & ب *inſtr.* Occuluit, celavit *rem. cca.* Terrâ operuit *ſepulchrum.* & coæquavit. Humavit, *cca. pec.* ſepelivit *mortuum. cca.* IV. *Idem hoc. cca. Gi. Ca.* VIII. *i. q.* اغتمس, *ſeu pro eo. Ca.*

رمس *Act.* & *Pl.* أرماس & رموس, Terra ſepulchri. Sepulchrum. *Gi. Ca.*

روامس & رامسات Venti obliterantes veſtigia, operientes puteos, diſpergentes terram. & *prius* Aves noctu volantes. *immo* omne animal prodiens noctu. *Gi. Ca.*

راموس *i. q.* رمس, *ſc.* Sepulchrum. *Gi. Ca.*

ترمس *Coll. à Græco* θέρμος, Lupinus. *Beith.*

مرمس Sepulchrum, ejusve locus. *Gi.*

I. رمش *Fut. I*, Petivit lapide, &c. *cca.* Parum paſtus fuit *grex.* Palpavit manu. Extremis accepit digitis. IV. Fronduit arbor ſurculoſque fudit. Arctatis admodum oculis intuitus fuit cum debilitate. & Parum lacrymarum emiſit. *Ca.*

رمش *Act.* & Faſciculus fragrantium herbarum. *Ca.*

رمش *i. q.* رمش, *aut pro eo*, Multa piloſitas in auribus aut facie. *aut* Luxuries pabuli. Contorſio capillorum. *item* Rubedo palpebrarum cum emanante humore. *Ca.*

أرمش, *Fœm.* رمشاء, Palpebras ita affectas habens. & *i. q.* ارمش, *aut pro eo*, Piloſus in auribus aut vultu. *item Fœm.* Proventu fœcunda *terra.* & *contra*, Sterilis. *Ca.*

رماش *i. q.* رأراء. & Multum motitans oculos nictanſve cum intuetur. *Ca.*

مرمش Corruptos habens oculos: *ſc.* cum palpebræ rubicundæ & humore madentes non ſanantur. *Ca.*

I. رمص Conſolidavit, reſarcivit, *infortunium Deus. cca.* Pacem fecit *inter eos. cc* بين. Stercus excrevit *gallina.* Peperit, enixa fuit, *fera. Keſratâ mediâ.* Albis ac viſcoſis ad hirquos ſordibus laboravit *oculus.* *Ca.*

رمص Albæ ejuſmodi oculorum ſordes. *Ca.*

رموص Stercus excernens *gallina.* *Ca.*

أرمص, *Fœm.* رمصاء, Excrementis oculi viſcoſis laborans. *vide Conj.* 1. *ſign. ult.* *Ca.*

I. رمض, *Fut. I.* Diffidit *ovem*, & cum pelle impoſitam ignito lapidi, fervidiſque injectis cineribus, aſſavit *cca Ca.* Coxit *carnem. Gl. Mar.* 2, Pavit ſub Sole torrido, & in torrido campo *gregem. cca.* 3, *Fut. I* & *O*, Contudit inter duos ſilices læviores *cuſpidem teli*, attenuandi acuendique ergo. *cca.* 4, *Keſratâ mediâ*, Ferbuit ex Sole *dies.* (*etiam arena, lapides Mar.*) & Vſtos habuit pedes ex fervente ſolo. Ab æſtu noxam paſſus fuit. Vrente Sole paſtus fuit *grex.* Præcordia arſit *jejunans, mœrens. Gi. Mar.* II. Præſtolatus *alium* pauliſper fuit, ac tum perrexit. *ccap.* IV. Fervefecit. *Mar. i. q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *cca.* Nocuit *ardore.* Dolore affecit. Uſſit animum & afflixit. *ccap.* VIII. Incurrit in eum, impetum fecit, *equus. cc* ب. Male habuit animo ac præcordiis. (*contabuit, periit jecur. Mar.*) Inváluit, prævaluit. *cc* من *p.* & *i. q.* اقلق, & *i. q.* حزن *Gi.* جذب *Ca. cc* ل *p.*

رَمْضٌ *Act. ☩ ſign.* 1. *& i.q.* رَمَضِيٌّ *ſeq. Gl. Mar.*

رَمَضٌ *Act. ☩ ſign.* 4. Fervor à ſole excitatus in arenis, &c. *Gi.*

رَمِضٌ, *Fœm.* ة, Fervens lapidibus *terra. Gi.* Arenoſa torridaque *regio. Gi. Mar. &* Mulier cujus femora ab alia defricantur. *Gi. Ca.*

رَمِيضٌ Acutus lapide redditus (admodum acutus *Mar.*) *culter, &c. Gi.*

رَمْضَاءُ Sole fervens, torrida *terra. Gi.*

رَمَضِيٌّ Exeuntis æſtatis, aut ineuntis autumni; *pluvia vel nubes. Ca.*

رَمَضَانُ, *Pl.* رَمَضَانَاتٌ, رَمَضَانُونَ, رَمَضَةٌ, أَرْمِضَةٌ *& irreg.* ارمض *Armudon*, Anni Arabici menſis IX. *ita dictus, quòd ſummus eſſet æſtus, tunc cum mutaretur antiquum nomen, inditum à Paganis. Aliis eſt unum de nominibus Dei. quaſi* Condonator & peccatorum combuſtor. *Gi. Ca. &* Arena ſole reſplendens ſeu exuſta. *Gl. Mar.*

تَرَمُّضٌ Venatio dorcadum, quæ in meridie fit fervente ſole: in qua exuſtis pedibus animal capitur. *Gi. Ca. &* fatiſcens deliquium animi. *Ca.*

مَرْمِضٌ Locus ubi aſſantur carnes eo modo: de quo in Conj. 1. dictum. *Gi.*

مَرْمُوضٌ Iſtoc modo toſta *caro. Gi.*

I. رَمَطَ Probro affecit, probroſis inceſſit verbis, confodit maledictis. *cca. Ca.*

رَمْطٌ *Act. Mar. item, uti &* رَمَطَةٌ, Plantæ amariores, pabulum camelorum, congeſtæ. *Ca.*

I. رَمَعَ, *Fut. A, Act.* رَمْعٌ *&* رَمَعَانٌ, Motus fuit præ ira *naſus ejus*: tremuitque. *Gi. Mar.* 2, Innuit *manibus ſuis. cc* ب. 3, Commovit, concuſſitque, *caput ſuum. cca.* 4, Peperit, enixa fuit, *infantem.* 5, Manavit lacrymis *oculus.* 5, *Act.* رمع *Ramon*, *&* رمعان *præc.* Feſtinavit, celer fuit. 6 *Mediâ Keſrata, & formâ Paſſivi*, Laboravit dolore dorſi. Pallidâ facie fuit *mulier. Ca.* V. Commotus fuit. *Gi. Mar.* Tremuit præ irâ. *Ca.* دعه يترمع في طمته *Daho Ieterámmao Fi Tommátihi* Relinque eum animi incertum in errore: *vel* ſine ut ſe ſtercore ſuo inquinet. *Gi. Ca.*

رَامِعٌ Qui demittit caput tollitque. *Ca.*

رَمَّاعٌ *i.q.* رَمْعٌ, *Act. ☩ ſign.* 4. *& 6. Mar.*

رَمَّاعَةٌ Bregma capitis, ſeu pars ejus quæ in infantibus palpitat. *item* Podex. *unde* ضربت رماعته Pepedit. *Gi.*

يَرْمَعٌ Lapides albicantes, tenues, ſplendidi. *cca. Gi. &* molles friabileſque. Orbiculus quem trajecto fune pueri in gyrum torquent, eo excitantes ſibiloſum ſonum. *Ca.*

تَرْمِيعٌ Cum imperfectos fœtus ejiciunt *feræ. Ca.*

مُرَمَّعَاتٌ Ludicra ac vana *rumorum. Ca.*

IV. Q. إِرْمَعَلَّ Salivavit, pituitam ex ore manantem habuit, *infans. Gi.* Maduit, madefacta fuit, *veſtis. Ca.* Pinguedine ſtillavit *aſſata caro. & i.q.* شهق, Extremum ſpiritum duxit emiſitque *vir. Gi.* Diſgregati ſunt *cameli.* Feſtinavit. *Ca.* Conſequenter manarunt lacrymæ. *Gi.* Valde humidum fuit *corium. Ca. & i.q.* رشح *Résjida. Gi.*

I. رَمَغَ Subegit duxitque manu ac fricuit. *uti corium. cca.* II. *i.q.* لغف *Léffaka, ſcil. ſermonem. cca.* Delibutum reddidit, inunxit, *caput. &* Madefecit, rigavit. *pec.* obſonio, eoque condivit *frumentaceum cibum. cca. Ca.*

I. رَمَقَ, *Fut. O, Act.* رَمْقٌ *&* رَمَقَانٌ, Reſpexit *ad eum*, intuitus fuit. *cca. Gi. pecul.* leviore intuitu. *Ca.* II. Convertit viſum: circumſpexit. Continuo intuitus fuit. *Gi. Ca. Mar. vide* رنق. *item* Pigmentis figmentiſque fucavit *ſermonem. cca. &* Lac ſenſim ſorptimque bibit. *vide Conj.* v. III. رامقه بالعرق Venâ ac radice ſuâ ſubſtitit *palma*, nec emoriens nec vivida: ſeu pauco vigore ſuperſtite interitum minata fuit. *Gi. vide &* مرامق *ſeq.* IV. *pro* ارنق, Turbidam reddidit *aquam. Gl. Mar.* V. Paulatim ſæpiuſque ſorbendo hauſit *lac, aquã, &c. cca. Gi.* IX. Tenuis fuit *adeps.* Debilis fuit *res.* Extinctus fuit *grex.* XI. Infirmus, flaccuſque, fuit *funis.* Macie periit. *Gi. Ca. Mar.*

رَمَقٌ, *Pl.* أَرْمَاقٌ, Extremus vitæ ſpiritus. *Et à Perſ.* رمه *Rema*, Grex pecorum. *Gi. & i.q.* رماق *ſeq. Ca.*

رَمَقٌ In qua extremus velut agitur ſpiritus, *vita.* Quantum ei duntaxat ſuſtinendæ

ſufficit. *Mar. item* pro رونق *Raunak*, Pulchritudo. Lucidus, clarus. *Gl. Mar.*

مُرَمَّق *i. q.* ضَعِيفٌ, Debilis, flaccus. *Ca.*

مُرَامِق Avis à venatore defixa, ut involans in eam capi poſſit accipiter. Limis ac inimico intuitu aſpiciens. رامق الامر Non ſolide ac bene negotium tractans. *Ca. item, uti &*

مَرْمُوق, *Plur.* رُمُقٌ, Pauper, afflictus, cui ad vivendum vix ſatis eſt. *Gi. Ca.*

رَمَاقٌ, رِمَاقٌ, رُمْقَةٌ, *i. q.* بُلْغَةٌ, Quantum vitæ modo ſuſtinendæ ſatis eſt, *aut* parum quid. *& ſecundum* Anguſtior vita. *& i. q.* دفاق *Nifâkon. Ca.*

مُرْمِقٌ *&* مُرَمَّقٌ Anguſtiorem agens vitam: *&* qui ſequioris eſt conditionis. *Gi.*

أَرْمَاقٌ Infirmus flaccidusque funis. *Gi.*

مُرَامِقٌ In quo parum ſupereſt erga te amoris aut benevolentiæ. *Gi.*

I. رَمَكَ, *Fut. O, Act.* رُمُوكٌ, Subſtitit conſtititque *aliquo loco. cc* ب. *Gi.* 2, Proruit ad aquam *camelus. Ca.* IV. *Tranſ.* ² *ſign.* 1. *ccap. Gi.* IX. *i. q.* لطف *Létufa. &* Tenuis *&* extenuatus, graciliſque medio corpore fuit. *Ca. &* Pullo præditus (niger ex rubro) colore fuit. *Mar.* X. In tenuiore fuit exiſtimatione. *Ca.*

رَامِكٌ *Ag. item. uti quoque* رَامَكٌ, Compoſiti nigri genus, quod admiſceri ſolet muſco. *adulterandi ergo, ut puto. Gi. Ca. &* Infirmus flacciduſque *vir. Ca.*

رُمْكَةٌ Cinereus camelorum color. *Gi. Ca.* Ex nigro ruber, pullus. *Mar.*

رَمَكَةٌ, *Plur. ſan. &* رِمَاكٌ; *item* رَمَكٌ, *& hinc* ارماك, Equa. *pecul.* vilioris generis البراذين; vectaria, ſimiliſve. *Gi. Ca.* Magna camela. *Gl. Mar.*

أَرْمَكُ, *Fœm.* رَمْكَاءُ, Cinereus colore, *vel* pullus, *camelus. Gi. Ca. Mar.*

I. رَمَلَ, *Act.* رَمْلٌ, Texuit *ſtoream, & ſimilia,* quæ rarioris texturæ. *cca.* 2, Storeâ ſimilive opere extrinſecus operuit *ſolium. cca. Gi.* 3, Gemmis ſimilibuſque rebus ornavit *illud. Ca.* 4, *Intranſ. Act.* رمل *Remalon*, رملان *Remalânon, &* مرمل *Mermalon, i. q.* هرول, Properanter inceſſit, medio modo inter ſimplicem inceſſum & curſum. *Gi.* Cucurrit. *&, Act. Remalon,* Pluviæ inopiâ laboravit *annus. Mar.* II. Infecit arenâ *cibum. cca. & hinc* Inquinavit ſanguine *veſtem. cca. Ca. aut ſanguine, non abſolute. cc* ب. IV. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *&* 2. *cca. Gi. item* Sanguine infecit, contaminavit, *ſagittam. cca.* Longius extendit, longum effecit, *funem. Ca. & Intranſ.* Vidua evaſit *mulier.* Cōmeatu deſtitutus fuit. *&* Abſumpſit *eum. cca. Ca. &* Pauper, egenus fuit. *Mar.* V. Vidua evaſit. *& di* VIII, Inquinatus fuit *ſanguine. cc* ب. *Gi.*

رَمْلٌ *Coll. Plur.* رِمَالٌ, *&* أَرْمُلٌ, Arena. ام رمال Hyæna. *Gi. Ca.*

مُرْمَلٌ Funes in longum exporrecti, qui texendis ſtoreis ſimilibuſve inſerviunt. *Gl. Mar.*

رَمَلٌ Genus metri Arabici. *Gi. à celeriore motu. Ca. &* Sortilegii ſpecies quæ per puncta inſtituitur, geomantia. *Afr. &* Pluvia pauca. *ac contra,* Augmentum rei: exceſſus. *Ca. item* Lineæ in pedibus vaccæ ſylvaticæ, aliæ à colore reliquo. *Gi. Ca.*

رُمَّلٌ *i. q. prox. præc. ſc:* Paucitas pluviæ. *Gi.*

رَمَّالٌ Sortilegus, utens τῷ رَمَلٍ. *Mar.*

رَمْلَةٌ *Vnit.* ꝰ رَمْلٌ, *aut* Cumulus arenaceus. *item* Nom. oppidi in Palæſtina, *vulgo* Ramula. *Gi. Ca.*

رُمْلَةٌ, *Pl.* رُمَلٌ, *&* أَرْمَالٌ, Nigra linea. *Ca.*

أَرْمَلُ, *Fœm.* رَمْلَاءُ, Omnibus pedibus nigricans, reliquo corpore albicans, *ovis. item*

أَرْمَلُ, *Fœm.* أَرْمَلَةٌ, *Pl.* أَرَامِلُ *&* أَرَامِلَةٌ, Viduus. Cælebs. Egenus, pauper. (*pec.* Carens commeatu *Mar.*) Pluviæ ac proventus inopia laborans *annus. item* رملة Viri inopes & egeni. *Gi. Ca.*

مُرْمِلٌ *&* مُرَمَّلٌ, Leo. مِرْمَلٌ Compedum genus exiguum. *Ca.*

أُرْمُولَةٌ, *Plur.* أَرَامِلُ *&* أَرَامِيلُ, Rami de arbore عرفج reſecti pars, in ſtipite reliqua. *Ca.*

رُمَّانٌ *Coll.* Malum punicū. *Gi.* رُمَّانُ الأَنْهَارِ Androſæmum, ſeu hypericum majus. رمان السعال Papaver album. *Ca.* erraticum. *Beith. at* رمان الخشخاش Capita papaverum. *Beith.*

رُمَّانَةٌ *No: Vnit.* ꝰ *prox. præc. & per ſimilitudinem,*

dinem, Pondus ſtateræ, quo librantur alia. *Rib.* & Echinus, *ſcil.* ventriculus brutorum, ejuſve pars reticularis & aſperior. *Meid. Mar.*

رُمَّانِيٌّ Ad punicum malum ſpectans. *& ab ejus colore*, Rubinus gemma. *Gl. Mar.*

رُمَّانِيَّةٌ *Fœm. ꝫ prox. præc. &* Cibus cum mali punici granis aut ſucco paratus. *Mar.*

إِرْمِينِيٌّ & إِرْمَنِيٌّ Armenius. *Gi.*

إِرْمِينِيَّةُ & إِرْمِينِيَةُ Armenia. *Gi. Ca.*

IV. Q. إِرْمَهَرَّ Haud dedit *quicquam. cc* ل. *Ca.*

مُرْمَهِرٌّ Levis. مُرْمَهَرٌّ *i.q.* مَطْمَعٌ, Res concupita. *Ca.*

I. رَمَى, *Fut. I, Act.* رَمْيٌ & رِمَايَةٌ, Jecit, projecit. *ccar, vel c* ب *r. &* Abjecit *è manu rem. ccar &* من. *& ſagittam* jaculatus fuit *ex arcu. c car & c* عن *vel* على, *non c* ب, *ꝫ arcus. & abſolute*, Sagittis petivit ſcopum. *Gi. Ca.* 2, *Act. priore, &* رماء *Rimâon. Gl. Mar. i.q.* زاد, Exceſſit, auctum fuit *ſupra quinquaginta. c c* على. 3, *Act.* 1. Iuvit *eum*, ſuperiorem reddidit: benefecit. *cc* ل *p.* 4, *Act.* 1. & رمى في جده في ادفه, Dicteriis impetivit, conviciatus fuit. *Mar.* Imprecatus illi fuit. *Gi. Ca. Mar.* 5, Effecit opus. *Gl. Mar.* III. Jactu, jaculatu, certavit, & aggreſſus fuit. *ccap.* IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *ſcil.* Jecit, projecit, abjecit. *cca, vel c* ب. *& è manu rem. cc ar &* من. *item* Dejecit de equo. *ccap &* عن *r. Gi. &* Ejecit *eum regio. cc* ب *p. & i.q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *Ca.* Exceſſit: plus fuit. *Mar. & i.q.* اربى, *aut pro eo*, Fœneravit, dedit ad uſuram, *ſeu* uſuram cepit. *Gi. Ca.* V. Jactu, *pec.* ad ſcopum, certavit. VI. Projecerunt, dejecerunt, *&* conviciati ſunt, invicem. Jaculati ſunt inter ſeſe. *Gi. Mar.* 2, Semet dejecit projecitve, *&* concidit. *Tim.* 3, Congeſta & partibus accumulata fuit *nubes.* 4, *i.q.* تراخى, Laxum remiſſumve fuit *negotium. Ca.* 5, Tetendit, evaſit, redundavit, *res ad hoc vel illud: uti ad corruptionem vulnus. cc* الى. VIII. *Paſſ. ꝫ Conj.* 1. *ſign.* 1. *& i.q. Conj.* VI. *ſign.* 1. *Gi. Ca. & ſign.* 2. *Deut.* IV, 18.

رَمْيٌ Jacti lapidis ſonus. *Ca.* رُمَاءٌ *i.q.* رِبًا, Fœnus. *Gi. vide Conj.* IV. *ſign. ult.*

رَامٍ. *Pl.* رُمَاةٌ, Jaculator, ſagittarius. Qui dicteriis petit. conviciator. *Mar.*

رِمَاءٌ & مُرَامَاةٌ *Act. ꝫ ſign.* III. *Gi.*

رَمِيٌّ, *fœm.* ة, Petitus, jactus, projectus. *& Fœm. pec.* quæ jactu petitur præda. *Gi. item* رَمِيٌّ, *Pl.* ارماء, ارمية, رمايا, Parvæ partes nubium. *Ca. aut* Nubes caſu guttiſque magnis, imber, *pec.* media æſtate vel autumno ſubortus. *Gi.*

رَمْيَةٌ Jactus unus. *Luc.* XXII. 41. إِرْمِيَا Ieremias propheta. *Ca.*

مِرْمَاةٌ & مَرْمَاةٌ (مِرْمَاةٌ *Mar.*) Sagitta parva ac infirmior. *vel* ea quâ ars ſagittaria diſcitur. *Ca. aut* Rotunda cuſpis ſagittæ. *item* Vngula bifida. *aut* Res inter utramque ovis ungulam naſcens, tarſuſve ovis. *Gi. &* مرماة Scopus ſagittariorum. *Deſt.*

مَرْمِيٌّ Projectus. طَلِيعَةٌ *i.e.* هُوَ مُرْتَمٍ لَنَا. *Ca.*

I. رَنَّ, *Fut. I,* Sonuit arcus, *ſc. jactu ſagittæ. Gi. & hinc* Gemuit. *Mar. &* Vocem edidit. Vociferatus fuit. *Gi.* 2, Auſcultavit. *cc* الى. II. *Tranſ. ꝫ ſign.* 1. *ccap.* IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *&* 2. *Gi. Ca.*

رَنَنٌ Res æſtate ſemper in aqua ſonans. *Gi. Ca.* rana, *puto.*

رَنِينٌ *Act. & ipſe* Sonus arcus. *Gi. item* Mulier afflicta ac infortunio preſſa. *Meid. quaſi* gemens.

رَنَّةٌ Sonus. *Ca.* رَانَانٌ, *Perſ.* رَانِينٌ, Femoralia cum tibialibus juncta. *Mar. nam* ران *Perſis tibia eſt.*

رُنَّى Nom. menſis Zjumadæ poſterioris. *& cum* الـ *Artic.* Populus ſeu homines univerſi. *Ca.*

مِرْنَانٌ & مُرِنَّةٌ, Arcus. *Gi. Ca. pec.* durus. *Mar. à nervi impulſi ſono.*

أَرْوَنَانٌ Sonus. *ſed hoc in* رون *vide. Ca.*

I. رَنَا, *Fut. A.* Spectavit, reſpexit *ad illum. cc* الى. *item* Venit. Tardus torpiduſque fuit *in inceſſu. cc* في. *Ca.*

رَنَّاءٌ Mulierum ſpectator, qui ad eas continuo oculos convertit. *Mar.*

رَنَا, يَرَنَّا, يَرَنَّاءٌ, Cyprus *Dioſc. Ca.*

I. Q. يَرْنَأَ Cypro tinxit. ي *radic. facit Ca.*

رَنْبٌ *Coll.* Locuſta brevis caudæ. 2, *&* Species ꝫ حلي. *Ca.*

أُرْنَبٌ *Idem ſign.* 1. *Ca. item, comm. gen. Plur.* ارانب *Aránibon, & Poet.* اراني, Lepus. *Gi.*

مُؤَرْنَبٌ & مَرْنَبٌ Quæ pilos leporinos per miſtos habet *veſtis. Gi. Ca.*

مُؤْرِنِبٌ & مُرْنِبٌ, *Fœm utriuſque cum* ة, Lepores alens. *Gi.* iis abundans, *locus. Ca.*

أَرْنَبَةٌ, *Pl.* أَرَانِبُ, Mucro naſi. *Gi. Meid.*

أُرَيْنِبَةٌ Herba ſimilis τῷ نَصِيّ. *Ca.*

مُرَنْبَانِيٌّ Leporino ſanguine infecta *veſtis. Ca.*

رَانِجٌ *Coll.* Dactylus lævis. *Gi. &* Nux Indica. *Gi. Ca.*

II. رَنَّحَ Deliquio animi & ſtupore ac perturbatione mentis, affecit. *item*, Debilis fuit. *Mar. & Paſſivâ formâ*, Accidit *ei* deliquium animi, oſſiumve tremor. *cc* على *p. Gi.* V. Titubavit, huc illuc vacillavit, præ ebrietate, *&c. Gi.* VIII. *Idem. Ca.*

رُنْحٌ *i. q.* دُوَارٌ, Vertigo capitis. *Ca.*

تَرَنُّحٌ Pitiſſatio vini. مِرْنَحٌ Agallochi genus optimum. *Ca.*

مُرَنَّحٌ Titubans. *Gi.* مَرْنَحَةٌ Prora navis. *Ca.*

I. رَنَخَ *i. q.* فَتَرَ, Languit. *Gi. & pro* رَنَقَ, Obſcurus fuit. *Gl. Mar.* II. Subditum reddidit. *cca.* V. Firmiter adhæſit. *cc* ب. *Ca.*

رَنْدٌ Laurus. *quibuſdam quoque* Myrtus. *&* Agallochum. *Gi. Ca. &* Sacci genus ex foliis palmarum contextum. *Ca.*

رُنْزٌ & رُزْنٌ *i. q.* أُرْزٌ, *aut pro eo*, Oryza. *Meid.*

I. رَنَعَ. *Fut. A*, *Act.* رُنُوعٌ, Mutatus fuit *color. item* Flaccus & gracilis fuit. & Muſcas moto capite diſcuſſit *jumentum.* Luſit. II. Movit caput. *Ca.*

مَرْنَعَةٌ Voces in luſu. Confluxus in rixa. Amplitudo, commoditas vitæ. libertas. Lætior proventus anni. Floridus hortus pratúve. Cibi, prædæ, vini potuſve, pars. *Ca.*

IV. أَرْنَفَ Præ torpore vel laſſitudine laxavit demiſitve aures *camela. Gi.* Inceſſit *camelus* motitans caput, ita ut antrorſum procideret ejus pellis. & Properavit celeriterve inceſſit *homo. Ca.*

رَنْفٌ & رَنَفٌ Arbor بَهْرَامَجٌ ſylveſtris. *Gi. Ca.*

رَانِفَةٌ, *Plur.* رَوَانِفُ, Extremitas infimave pars natium eum erectus ſtat homo. *Gi. Ca.* Extremitas cartilaginis naſi, *ſeu* pellicula orbiculi ejus. Pulpa quæ pollici ſubeſt. Tenuior pars hepatis. Manicæ ora. & Lacinia tentorio annexa quæ ſtringit terram. *Ca.*

I. رَنَقَ, *Fut. O*, & رَنِقَ, *Fut. A*, Turbida fuit *aqua, vinum.* II. *Tranſ. cca. Gi.* 2. *contra*, Clarum reddidit. *cca.* 3, Miſcuerunt conſilium *aliqua in re. cc* في. Subivit *oculos ſomnus. cca. Gi. cc* في. *Ca.* 4, Conſtitit, continuit ſe, *aliquo loco. cc* ب. 5, Alas motitavit *avis*, eidem inhærens loco: *ut cum in aëre imminet prædæ. Gi.* III. *Paſſ. i. q. Conj.* 1. *Schol. Mut. alia vide in* ردق. IV. *i. q. Conj.* 11. *ſign.* 1. *cca. &* Commovit *vexillum. cca. & abſolute*, Movit illud impetus in hoſtem concitandi ergo. V. *i. q. Conj.* 1. *ſeu* Turbata fuit *aqua. Ca.*

رَنْقٌ Aqua turbida. *Meid.* رَنْقٌ، رَنَقٌ، رَنِقٌ Turbida *aqua. & ſecundum quoque*, *Act.* ? *Conj.* 1. *Gi. Ca.*

رَنِّقْ Exſpecta partum capræ. *Gi. Mar. aut pro* رنّق, Ligato. *Ca.*

رَوْنَقٌ Nitor ſplendorq;. & Pulchritudo. *Gi.*

رَنْقَاءُ Ova inſidens *avis. &*, *Plur.* رَنْقَاوَاتٌ, Terra ſterilis, nil germinis producens. *Ca.*

رَنْقَةٌ, *Pl.* رِيَانِقُ, Turbidæ aquæ qualitas. *Ca.*

مُرَنَّقٌ Aciem viſus debilitatam habens ex fame, &c. *Gi. item* Alas fractas habens *avis. Ca.*

تُرْنُوقَاءُ & تُرْنُوقٌ Limus in fluvio vel fluxus loco, cum effuſa inde eſt aqua. *Gi. Ca. vide* ترنوق.

تَرْنِيقٌ Imbecillitas in viſu, corpore, negotio. *& pro* ترميق, Intuitus in rem defixus & continuus. *Gi. vide* رنو. Fractura alarum, quæ à jactu morbove exiſtit: ita ut concidat avis. *Ca.*

I. رَنَمَ Sonuit. Modulatus fuit, pſallit. *Mar. Gi. &* Gemuit *columba.* Pennis ſtridit *locuſta.* Tinnivit nervi impulſu *arcus. Ca.* II. & V. *Idem*, *per omnia. Gi. Ca. Mar. vide* رنّ.

رَنَمٌ *Act. &, uti* رَنِيمٌ & تَرَنُّمٌ Cantus luſuſque muſicus, jubilatio. *Gi. Ca.*

رُنُمٌ, *Pl.* ة رَنِيمٌ Cãtiones egregiæ, pſalmi. *Ca.*

رُنُومٌ & رُنَمَةٌ Tenuis plantæ ſpecies. *Ca.*

رَنْمَةٌ & تَرْنُومَةٌ *i.q.* تَرَنُّمٌ. *Gi. Ca.*

تَرَنْمُوتٌ *Id.* & Iaculando tinniens *arcus. Ca.*

I. رَنَا, *Fut.* O, Spectavit continuo. *c c* علي. *Gi.* 2, Ita auſcultavit & admiratus fuit. *cca. Ca.* II. & IV. *Tranſ. imprimis ſign.* 1. *ccap.* V. Defixis oculis amaſio inhæſit. *Ca. vide ult. Hamzatum.*

رَنًّا Spectaculum, res quæ ſpectatur. *pecul.* ob pulchritudinem aut elegantiam. *Gi. Ca.*

رُنُوٌّ & رَنَّاءٌ Continuo contemplans, *pecul.* talis fœminarum ſpectator. *Gi.*

رُنُوٌّ *Act. Gi.* Motus muſicus. Res ludicra animum occupans. Amor. Victoria. *Ca.*

رُنَاءٌ Sonus. *pec.* muſicus. *Ca. vide* ردن & ردم.

رَنْوَةٌ, *Plur.* رَنَوَاتٌ, Pars carnis. *Ca.*

رَنَوْنَاةٌ, *Pl.* رَنَوْنَيَاتٌ, Poculum ex quo continuo bibitur. *Ca.*

اِبْنُ تُرْنَا *i.q.* اِبْنُ لَئِيمٍ, Vilis, illaudatus. *Gi.*

يَرْنَي & يَرْنَي Meretrix. Tumulus arenaceus. *Ca.*

تَرْنَاءٌ & تَرَنَّاءٌ *i.q.* حِنَّاءٌ, Cyprus. *Gl. Mar.*

تَرْنِيَةٌ Excitatio ad muſicos motus. & *i.q.* حنين, Vox arguta. *Ca.*

رَهٌ Ampla ac minime profunda *pelvis. Ca.*

I. Q. رَهْرَهَ Dilatavit *menſam* præ liberalitate. *cca.* II. Præ mollicie candidum fuit *corpus*, nituitque. & Coruſcavit *apparens in arenis ſpecies aquæ. Ca.*

رَهْرُوهٌ & رَهْرَاهٌ Molle & candidum *corpus. Ca.*

رَهْرَهَةٌ Nitidus color *cutis, &c. item, uti* & رَهْرَاهَةٌ, *i.q.* رَهٌ, Ampla nec profunda *pelvis. Ca.*

I. رَهِبَ, *Fut. A. Act.* رَهَبٌ, رُهْبٌ, رَهَبَةٌ, رُهْبَانٌ & رهبان, *Rohbânon*, Timuit, reveritus fuit. *Gi. Ca.* II. Itinere fatigatam camelam prope confidens pabulo refocillavit. *cca. Ca.* & Monachum fecit. *Hiſt. Sar.* IV. Timore

affecit. *cca. Gi.* Equitavit in رهب, *Rahbin*; *quod vide poſt.* & Longas habuit manicas. *Ca.* V. Deo devovit ſe, cultui Dei. & Monaſticam vitam ſuſcepit. *vide* راهب *ſeq. Gi.* & *Tranſ.* Comminatus fuit. *cca.* X. *i.q. Conj.* IV. *ſign.* 1. *cca. Gi.*

رَهْبٌ, *Plur.* رِهَابٌ, Tenuis cuſpis ſagittæ; & Camela extenuata ac macra. *Ca.*

رُهْبٌ Manica. *Ca. idiomate Arabum Hiræ. Keſ.*

رَاهِبٌ Leo. *Ca. item, Pl.* رُهْبَانٌ & *hinc Ppl.* رُهْبَانُونَ, رَهَابِيَّةٌ, رَهَابِينُ, رَهَابِنَةٌ, Monachus Chriſtianus. *Gi. Ca.*

رَهْبَي, رُهْبَي & *utrumque etiam cum Medda,* & رهبوت *Rahabouton*, Timor. *Gi. Ca.*

رَهْبَةٌ & رَهْبَانِيَّةٌ Monachum fieri. & Vita monaſtica ac religioſa. *Gi. vide* راهب *prec.*

رِهَابَةٌ & رُهَابَةٌ (& *cum* ة *utrumque*) *Plur.* رهاب, *Rehâbon*, Os tenuius pectoris, imminens ventri: *ſc.* ſternum, ejuſve pars inferior. *Gi. Ca.*

أَرْهَبُ Terribilis. *Pſal.* LXV. 2. أَرْهَابٌ Aves non rapaces, nec venationi idoneæ. *Ca. quaſi timidæ.*

إِرْهَابٌ *Act.* 4 *Conj.* IV. *pec.* cum à lacu arcentur cameli. *Ca.*

مَرْهُوبٌ Terribilis: metuendus. *pec.* Leo. *Ca.*

II. Q. تَرَهْبَلَ Certo modo inceſſit. *Ca.* Convenit cum هزول.

رَهْبَلٌ Sermo qui non intelligitur. رَهْبَلَةٌ Inceſſus quoddam genus. *Ca.*

مُرَهْبِلٌ Non intelligibili ſermone loqués. *Ca.*

IV. أَرْهَجَ Excitavit *pulverem. cca. Gi.* Coposâ pluit *cælum pluviâ. c c* ب. Multis vaporibus perfuſam habuit domum. *Ca.*

رَهَجٌ & رَهْجٌ Pulvis. & *Coll.* Nubes aquæ expers. *Gi. Ca.* & *i.q.* شغب *Sjágbon. Ca.*

رَهِيجٌ & رَهُوجٌ Debilis, tener ac mollis. *Ca.*

رَهْوَاجٌ *Perſ.* رَهْوَارٌ, Commodo motu, non ſucceſſario, incedens jumentum. *Mar.*

رَهْوَجَةٌ Talis jumenti inceſſus. *Gi.*

مُرْهِجٌ Pluvioſum *aſtrum*: pluviæ copiam excitans aut portendens. *Ca.*

 I. رهن,

I. رَهَدَ. *Fut. A*, Vehementius fricando comminuit, ſubtilius trivit. *cca.* II. Magnam attulit prodiditve ſtultitiam. *Ca.*

رَهَادَةٌ *i.q.* نِعْمَةٌ, Mollicies, teneritas. *Ca.*

رَهِيَادَةٌ Adoleſcentula molli ac flexibili corpore. Triticum contuſum, cui lac affunditur. *Ca.*

رَهْوَدِيَّةٌ أرْهُودِيَّة *i.q.* رِفْقٌ. *Et* مَرْهُودٌ Infirmum laxumque *negotium.* & Remiſſus incertuſque in re gerenda. *Ca.*

رَهْدَلٌ رِهْدِلٌ رُهْدُلٌ Debilis. Fatuus. *item i.q. prox. ſeq. ſign.* 1. *Ca.*

رَهْدَنٌ . رِهْدَنٌ . رُهْدُنٌ . رُهْدُنَّةٌ . رُهْدُونٌ , *Pl.* رهادن *Rahádinon.* Avis paſſeri ſimilis, quæ circa Meccam nota. *item tria prima* Puſillanimis, ignavus. Fatuus. & *quintum* Mendax. *Ca.*

رَهْدَنَةٌ Tardatio. remora. Detentio. & Obitus gyruſque. *Ca.*

I. رَهَزَ, *Fut. A, Act.* رَهْزٌ & رَهَزَانٌ. Agitatus fuit, commovit ſe. *pecul.* in coitu. *Gi. vide prox. ſeq.*

I. رَهَسَ, *Act.* رَهْسٌ. Valide calcavit ſubegitve. V. Commotus & agitatus fuit. VIII. Colliſi ſunt inter ſe *pedes jumenti.* Repleta aquis fuit *vallis.* Compreſſit ſe *populus.* & Conſcenderunt aliæ alias ac inequitarunt *locuſtæ. Ca.*

رَهْوَسٌ *i.q.* أَكُولٌ Vorax, heluo. *Ca.*

IV. أَرْهَشَ Fuit *arcus* رَهِيشٌ, *quod vide.* VIII. *Idem.* & Inciderunt in pugnam. & *pro* ارتعش. *Ca. Alia videſis in* ارتهاش.

رَهْشٌ Farina ſeſamina. *Meid.* رَهِيشٌ, & *cum* ة, Parum carnis, *(pec.* in dorſo*)* habens *camela. aliis* Debilis, laxa, tenuis *res. ſpec.* Cuſpis tenuis. *Gi. Mar. ac* tenuis ac levis ſagitta. *Ca.* & Tendis *arcus*, cujus chorda ad latiorem mediamque partem inter jaculandum pertingit, ut inde ipſe impulſus tremat. *Gi.* Cumulus terræ laxior nec cohærens. *Ca.*

رُهْشُوشٌ Lactis abundans *camela. Gi.* & Liberalis *vir. Ca.*

رَوَاهِشُ Venæ in interna brachii parte. *Gi.* extra volam. *Ca.*

رُهْشُوشَةٌ & رَهْشَةٌ Liberalitas. *Ca.*

رَاهِشَانِ Duæ venæ in interna parte anteriorum pedum jumenti: quæ fere confricari ſolent in ارتهاش. *Gi. Ca.*

مُرْتَهِشٌ *i.q.* رَهِيشٌ, *ſc. de arcu. Gi.*

اِرْتِهَاشٌ Intertrigo, παράτριμμα, cum in jumento anteriorum pedum alter alterum terit: *aut ſpec.* cum ungula per tranſverſum illiditur ad interiores alterius pedis venas: ut quandoque erumpat ſanguis. *quod fieri ſolet ob pedis infirmitatem. Gi.* & Certus confodiendi modus, qui per tranſverſum fit. *Ca.*

I. رَهَصَ Primâ lapidum ſerie ſtruxit *murum. cca.* 2, Vrſit, inſtando preſſit, *creditorem. ccap* & ب r. 3, *formâ Paſſivi, aut Keſratâ mediâ*, Calcando lapidem, eove in pedem fixo, læſus fuit *equus. Gi. Ca.* III. *i.q.* راصد, Captavit occaſionem invadendi *adverſarium. cca. Ca.* IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. & *Tranſ.* ⁊ *ſign.* 3. Ita affectum reddidit. *cca.* Effecit *eum Deus* abundantem compotemve omnis boni. *cca. Ca.*

رَهْصٌ Vehemens preſſio. *Gi.* & talis morſio. *item i.q.* ملازمة. & استعجال. *Ca.*

رِهْصٌ Infima lapidum ſeries in muro. *vide* دمص. *item* Argilla, ſeu maſſa ejus, quarum coagmentatione fit ſtructura. *Ca.*

رَهَّاصٌ Qui talem argillam taleſve maſſas ex ea conficit. *Ca.*

رَوَاهِصُ Saxa in ſeriem defixa ac firma. *Gi.* Lapides qui lædunt jumentorũ pedes. *Ca.*

رَهِيصٌ & مَرْهُوصَةٌ A lapide malè affectum pedem habens *jumentum. Gi. aut* ita affectus *ipſe pes.* Cum malignitate vacillanter incedens vel ſævus *leo.* & *Cognom. viri. quaſi* ſtrenuus & magnanimus leo. *Gi. Ca.*

رَهْصَةٌ Interioris pedis noxa ex calcato lapide. *Gi.*

مَرْهَصَةٌ, *Plur.* مَرَاهِصُ, Gradus, ordo: dignitas. *Gi. Singulare nullum agnoſcit Ca.*

مُتَرَاهِصٌ, *Fœm.* ة, Firmiter hærentes *lapides. Ca.*

I. رَهَطَ & II, Magnis buccellis & vehementer voravit. *Ca.*

رَهْطٌ *Act. item uti* رَهَطٌ, *Coll. ſine nom. Unit. Plur.* ارهط & ارهاط, *atque hinc* اراهط & اراهيط.

اراهيط, Familia ac tribus *viri.* & Viri, ſine ulla fœmina à 2 aut 7 ad 10. *vel* quotcunque infra 10. *item prius* رهط, *Rahton, Plur.* رهاط, *Rihâton,* & ارهطة, & *hinc Pl.pl.* اراهط, Pellis coriumve, quantum ab umbilico ad genu ſatis eſt; inferne in lora, præſertim à lateribus, diſſectum; ut liber ſit inceſſus: quod parvulæ, *aut* menſibus laborantes aliæve fœminæ induunt, reliquum corporis nudæ. *Gi. Ca. Meid.*

رهاط *ut ſing. Idem* & Supellex domeſtica. *Ca.*

رَهْطي No. avis. ذَوُو أَرْتِهَاطٍ & ذَوُو رَهْطٍ *i.q.* مجتمعون, Congregati. *Ca.*

رُهَطَةٌ & رَاهِطَاءُ Foramen talpæ alterum, ad quod egerit congeritque terram. *Gi.*

تُرْهُوط Magnis buccellis *aut* vehementer vorax. *Ca.*

مُرَهَّط Concitatus, inflammatus, *vultu. ccg. Ca.*

I. رَهُفَ, رَهْف, *Act.* رَهَفٌ & رَهَافَةٌ, Tenuis fuit. رهف, *Ráhafa,* & IV. Attenuavit, exacuit, *enſem. cca. Gi. Ca.*

مُرْهَف & رَهِيف Tenuis aciei *gladius*, acutus mediâ curvaturæ parte, in qua præcipua vis eſt. *Gi. Mar. item poſterius* Attenuatum collapſumve ventrem, & propinquas invicem coſtas, habens *equus. Ca.*

مُرْهَفَةٌ, *Plur. ſan.* Gladius tenuis aciei. *Mar.*

I. رَهَقَ Acceſſit. Prope fuit. attigit. cohæſit. imminuit. *Gi. Ca.* & Inſecutus fuit. *Pſal.* XXXIV. 3. Feſtinavit. Ingreſſus fuit. Aberravit à via. Periit. & Suſtulit, extulit. *Mar.* & Talis fuit, qualemcunque denotat τὸ رهق, *Ráhakon ſeq. Gi. Ca. item, uti* & III. Tempori pollutionis appropinquavit *adoleſcens*, puber evaſit. IV. *Tranſ. ꝟ ſign.* 1. *cca. Gi. Ca. Mar.* Coëgit, adegit: impoſuit quod ferendo non eſſet. *ccga.* Difficilis fuit. moleſtiâ affecit. *cca.* Diſtulit *precationem* peragendam, donec alterius appeteret hora. *cca. Gi. Ca.*

رَهَق *Act. ꝟ Conj.* 1. *Mar.* & Amentia. Inſipientia. Levitas. Iniquitas; vis. coactio. Improbitas, tranſgreſſio prohibitorum. *Gi.*

رُهَاق & رِهَاق *i.q.* قَدْر, Aliquot *centena. ccg. Gi. Ca.*

رَهُوق Camela diducto ac incitato paſſu incedens, ut aſſequi nequeas. *Ca.*

رَهِيق Vinum. *Gi. Ca.* رَهْقِي Celeriter incedens; ac inſequentem, ſeu quærentem, effugiens. *Ca.*

رَيْهُقَان *i.q.* زَعْفَرَان, Crocus. *Gi.*

زَدْق *Act.* & *pro* سَدْق، Manus ad rem protenſio: *ut cum anteriores pedes inter eundum extendit camelus. Gi.*

مِزْدَاة Scrobs quã pueri nucibus petunt. *Gi.*

I. زر

I, زَرَّ pro زَرَّرَ, زَرَّرَ, *Fut. O, Act.* زَرٌّ, Globulo ſeu nodo in laqueolum ſeu fibulam immiſſo connexuit *veſtem*, fibulavit. *cca. uti in pectore, collo, & in carpo fit. Sic ita dicunt* ازرر عليك قميصك dicto modo aſtringe corpori tunicam tuam. 2, Momordit. 3, Abegit, inſectatus fuit. *cca. Gi.* Confodit. *cca.* 4, Arcte compreſſit oculos. *Ca.* 5, *Fut. I, Intranſ.* Arſit, incenſuſque fuit, *oculus ejus. Gi.* 6, Multo fuit polluitq; intellectu. Poſt væcordiam ſapuit. *Ca.* III. Momordit *alium. cca.* IV. Globulis nodiſve, *de quibus ſupra*, inſtruxit *veſtem*, quibus adſtringi poſſet. *cca.* V. *Paſſ. nempe* Nodis ejuſmodi inſtructa *ſeu* prædita fuit *veſtis. Gi.*

زِرٌّ, *Plur.* أَزْرَارٌ & زُرُورٌ, Nodus globuluſve veſtiarius. & fibula. *Gi. item* Extremitas coxæ. Acies gladii. *Ca.* & Oſſiculum dimidiæ nuci ſimile, in quo vertitur lacerti caput. & Lignum in quod inſeritur apex pali tentorium ſuſtinentis. *Za. Ca. item* Egregius in paſcendis camelis. *Gi.*

زِرِّيرٌ *Act. ♱ ſign.* 5. & Acer ingenio agiliſque. *Ca.*

زَرَّةٌ (*quod pro* زَرَّةٌ بَهَا *male ſcriptum docet Ca.*) Cameli pingues ſeu pinguefacti. *Gi.*

مِزَرٌّ Mordax *aſinus.* مَزْرُورٌ Habena plexu contorta. *Gi.*

Q. زَرْزَرَ Cecinit voce ſua *ſturnus. Ca.*

زَرْزُورٌ Vehiculum anguſtum. *Ca.* زُرْزُورٌ Sturnus. *Gi.*

I. زَرَبَ, *Fut. O*, Septum caulamve fecit *gregi. cc* ل. VII. Latibulum ingreſſus fuit cepitve *venator. Gi.* IX. Flaveſcere ætate ac rubeſcere cœpit *herba. Ca.*

زَرْبٌ *Act. item, uti &* زَرِيبَةٌ, *Plur.* زُرُوبٌ & زرائب *Zaráibon*, Sepes. Septum ligneum ſeu caula gregis. & *poſterius quoque* Latibulum luſtrumve ferarum. *item ambo* Latibulum venatoris. *Gi. Meid.*

زَرْبٌ *i.q.* زَرْبٌ. & Canalis, quo fluit aqua. *Gi.*

عَيْنُ زَرْبَى & عَيْنُ زَرْبَةَ Anazarbus, Ciliciæ urbs. *Ca.*

زِرْبِيٌّ & زَرْبِيٌّ, *Plur.* زَرَابِيٌّ & *ſine Teſdid*, Anaclinterium, lectus pulvinuſve diſcubitorius, *aut* tale ſtratum. *Gi. Ca. ita* Ætate flaveſcens *planta. Ca.*

شَادِرْوَانٌ *i.q. Perſ.* زَرَابِيٌّ *Pl.* زَرْبِيَّةٌ & زِرْبِيَّةٌ, Euripus, fons in altum ſaliens: *vel* Diſcubitorium ornatum. *Meid.*

زَرْيَابٌ Aurum, ejuſve ſplendor. & Flavus, *origine Perſicum. Ca.*

مِزْرَابٌ *i.q.* مِزْرَابٌ. Canalis aquæ. *Ca.*

I. زَرَجَ *i.q.* زَجَّ, Percuſſit inferiore extremitate *haſtæ. ccap &* ب *inſtr. Ca.*

زَرَجٌ Tumultus ac voces equorum. *Ca.*

زَرَجُونٌ Vitis. Propago vitis. palmites. *eſtque Ebr.* שׂרק, *Chald.* זרגון. *item* Vinum & Aqua pluvialis, in ſcrobe petræ reſtagnans, clara & limpida. *Gi. Ca. & Perſicè* Aureus, aurei coloris. & Res qua tingitur color rubicundus. *Gi.*

زَرَجْنَةٌ, *Plur.* زَرَاجِنَاتٌ, Vitis. *Deut.* XXXII, 32. *Gen.* XL. 10.

I. زَرَحَ, *Fut. A, i.q.* شَجَّ. Confregit *caput. cca. mediâ Keſratâ*, De loco movit in locum. *Gi.*

زَرْوَحٌ, *Plur.* زَرَاوِحُ, Collis exiguus *aut* expanſus. *Gi.*

زُرَّاحٌ Agilis motu geſtuque. مُزْرَحٌ Declivis, deorſum vergens, locus terræ. *Gi.*

زَرْنِيخٌ *Perſ.* Auripigmentum. *Meid.*

I. زَرَدَ, *Fut. O*, Strangulavit, compreſſit gulam. *ccap. Gi.* 2, Confecit ex annulis ferreis *loricam. cca.* 3, *mediâ Keſratâ*; *Fut. A, uti &* VIII, Deglutivit *buccellam. cca. Gi.*

زَرْدٌ *Act. ♱ ſign.* 1, 2, 3. & *i.q.* سَرْدٌ, Inſertio mutua aut contextus annulorum in lorica. *Ca.*

زَرِدٌ Cito inglutiens. *Ca.* زَرَدٌ. *Perſ.* زَرَدَه, Lorica ex annulis ferreis contexta. *Gi.*

زِرَادٌ Filum ſeu funiculus, quo conſtringitur cameli gula ne ruminando pabulum revocare poſſit. *Ca.*

زَرَّادٌ Qui ex annulis ferreis contexit loricas. *Gi.*

زَرَاوَنْدٌ Ariſtolochia, ſeu radix ejus. *Ca.*

مَزْرَدٌ Frumen, fauces. *Gi.* مِزْرَدٌ *i.q.* زِرَادٌ. *Ca.*

مَزْرُود Compreſſu arctata *gula.* & Ex annulis ferreis contexta *lorica. Gi.*

I. زَرَعَ Seminavit, conſevit. ſparſit ſemen. *item* Produxit. *cca.* III. Conſerendum dedit *alicui* agrum. *ccap. Gi.* IV. Semen habuit, ſeu potuit ſerere. & Longius excrevit *ſemen. Ca.* VIII. Seminavit. Coluit terram conſevitque. *Gi. Mar.*

زَرْعٌ *Act.* & *Pl.* زُرُوعٌ. Sementis. Semen. Satum : ſeges. *Gi. Mar.*

زَارِعٌ Sator. زَرِيعٌ Sativus. *Mar.*

زَرِّيعٌ Quod proprio ſemine quotannis provenit. *Ca.*

زَرْعَةٌ Semen. *Ca.* زَرَّاعَةٌ, & *ſine* ا, *Plur. ſan.* Arvum : ager. *Hiſt. Sar. Ca.*

زَرِيعَةٌ Semen quod ſeritur. *Exod.* XVI, 31.

مَزْرُوعٌ, *Fœm.* ة. Satus. conſitus. & *Pl.* مَزَارِيعُ. Semen. *Marc.* XIII. 32.

مَزْرَعٌ, & مَزْرَعَةٌ, مُزْدَرَعٌ, *Pl.* مَزَارِعُ, Ager conſitus : arvum, ſatum. *Gi.*

زَرْعَبٌ Corium ex tergore aſinino vel equino, *Gall.* ſagrin. *Ca. Meid.*

I. زَرَفَ Aſilivit. Modum exceſſit nimium loquendo. Properavit *camelus.* & *contra* Leniter inceſſit *homo. Ca.* &, *mediâ Keſratâ, Act.* زرف *Zerfon*, Putredine ſeu pure affectum fuit, & recruduit, *vulnus. Gi.* II. *Idem ſign.* 2. IV. Emit camelopardalim. *vide* زرافة *poſt. Ca. item* Properavit *in inceſſu. cc* في & *Tranſ.* Impulit ad properandum. *cca. Gi.*

زَرْفٌ *pro Act.* ‡ *Conj.* IV. *Gi.*

زَرُوفٌ & مِزْرَافٌ Properanter incedens, veloxve, *camela. Gi.*

زَرِيفٌ *Act. nempe* Leniter lenteve incedere. *Ca.*

زَرَافَةٌ & زَرَّافَةٌ. *Plur. ſan.* Hominum agmen & caterva: *vel pec.* decem hominum. *Gi. item prius, uti* &

زُرَافَةٌ, *Plur.* زَرَافِي, (& زَرَايِفُ *Geo. Nub.*) Camelopardalis : *unde Hiſp.* girafa. *Gi. à colli longitudine communem modum excedente. Ca.*

Q. زَرْفَنَ Figurâ annuli notavit *tempora capitis. cca. Gi. Ca.*

زَرْفِينٌ & زُرْفِينٌ *Perſ.* Annulus portæ. *Gi.*

I. زَرَقَ, *Fut. O,* & *I, Act.* زَرْقٌ, *pro* ذَرَقَ, Stercus excrevit *avis.* 2, Obverſus, ac velut inverſus fuit *oculus aliquem verſus*, ita ut potiore parte apparuerit albedo. *cc* نحو *p.* 3, *Tranſ.* Petivit *eum haſtâ*, *hanc* jecit *in eum. ccap* & ب *inſtr.* 4, Retrorſum movit rejecitve *jumentum clitellas vel onus. cca.* 5, *mediâ Keſratâ*, Glaucus fuit *oculus. Gi.* II. *i.q. Perſ.* چکانيدن, Fecit ut ſtillaret, ſtillatim emiſit. *Mar.* IV. *i.q. ſign.* 2. & 4 *cca.* V. *i.q. Conj.* I. *ſign.* 5. *Ca.* VII. *Paſſ.* ‡ *Conj.* I. *ſign.* 4. *Gi.* & Retroceſſit *vir.* Jacuit reſupinus in dorſo. *Ca.*

زُرْقٌ Albedo citra crines ad ungulam equi. & Albedo in parte oſſis non totum ambiens. *Ca.* & Cumuli arenarum in deſerto. & *Pl.* ‡ ازرق *ſeq.*

زَرَقٌ *Act.* ‡ *ſign.* 5. & Cærulei cæſiive coloris qualitas. *Gi.*

زُرَّقٌ, *Pl.* زَرَارِيقُ, Accipiter ſeu falco albus. *Gi.* Niſus parvus, ſmerilius. *Deſt.* & Albedo crinium equi in fronte. *Ca.*

زَوْرَقٌ Cymba. *Gi. Ca.* زُورَقٌ Mendacium. *Gloſ. Mar.*

زُرْقَةٌ Cæruleus, & cæſius, color. *Gi.* & *i.q. Perſ.* سپيوش *Sepjousj*, Pſyllii ſemen. *Meid.*

زُرْقُمٌ *comm. gen.* Valde cæſius. *Gi. Ca.*

زُرَيْقَاءُ Pinguedo innatans juſculo. *Meid. à colore.*

زُرْنُوقَانِ Duæ arrectariæ trabes in crepidine putei, quibus trabs tranſverſaria fulcitur trochleam ſuſpenſam tenens. *Gi.*

أَزْرَقُ, *Fœm.* زَرْقَاءُ, *Plur.* زُرْقٌ, Cæruleos, cæſios habens oculos. Valde clarus, limpidus, & nitens. *Gi.* & Beryllus ſeu thalaſſius lapis. *Exod.* XXVIII. 20. *item, Pl.* Cæci : *pec.* glaucomate. *Gi. Ca.*

مِزْرَقٌ *Ebr.* מזרק, Crater, phiala. *Num.* VII, 13.

مِزْرَاقٌ, *Plur.* مَزَارِيقُ, Haſta brevis ſeu velitaris. *Gi. Meid.*

I. زَرَمَ Abrupta fuit *urina.* Retro meavit, reſtititque : *etiam ſtercus* in ano, *oratio* in ore,

ore. 2, Peperit *eum mater. c c* ب. *Gi.* Tenax, avarus fuit. *Mar.* II. Effecit زرمان *Zériman,* ut talis eſſet. *c c a.* IV. *Tranſ. & Conj.* 1. *ſign.* 1. Fecit ut *illi* abrupta fuerit, remeaverit, reſtiteritve urina, &c. *c c a p. Gi.* V. Peperit *eum mater. c c* ب *p. Ca.* VIII. Deglutivit. *Gi.*

زَرِمٌ Qui anguſtiore eſt in re. *&* Tenax, avarus. *Gi.* Vilis & miſer. Inſtabilis loco. *Ca.*

أَزْرَمُ *i.q.* سِنَّوْرٌ, Felis. *Ca.*

IV. Q. إِزْرَأَمَّ *i.q.* تَقَبَّضَ, Conſtipata alvo fuit, *puto. Gi.*

مُزْرَئِمٌّ *Partic. præcedentis. Gi.*

زُرْمَانَقَةٌ, *à Perſ.* اُشْتُرْبَانَهْ, Tunica è lana ſeu pilis camelinis. *Gi.*

زَرْنَبٌ *Perſ.* Plantæ odoratæ nomen. *Gi.*

زَرْنِيخٌ *Perſ.* Arſenicum, *conſonans illi nomen.*

زُرُنْبَادٌ *Perſ.* Zedoaria. زَرَاوَنْدٌ Ariſtolochia. *Beith.*

I. زَرَى, *Act.* زَرْيٌ, مَزْرِيَةٌ, زِرَايَةٌ, زُرْيَانٌ, مَزْرِيَةٌ, مَزْرَاةٌ, Objurgavit. Succenſuit. & indignatus fuit. Diffamavit. *c c* على. IV, *at rariore uſu,* Contempſit, vilipendit. Minus fecit *illi* quam oportuit. *c c* ب. *item, uti* V, Diffamavit, obtrectavit *fratri. c c* ب. *Gi. Ca.* VIII. Aſpernatus fuit, deſpexit. *c c a. Gi.*

زَرِيٌّ Mediocris, inter magnum & parvum, *uter. Gi.*

زَارٍ *Ag. &* مِزْرَاءٌ, Vituperator, obtrectator. *Gi. Ca.*

مُسْتَزْرًى & مُزْدَرًى Deſpectus, contemptus. *Ca.*

I. زَطَّ Leni murmure ſtrepuerunt *muſcæ. Gi.*

زُطٌّ *Coll.* No: gẽtis Indicæ. زُطِّيٌّ unus ex ea. *Gi.*

أَزَطُّ *i. q.* أَدَطُّ, Curvam habens maxillam. *item* Rariore præditus barba. *&* Facie æqualis ac lævis, imberbis. *Ca.*

Q. زَعْزَعَ Commovit, agitavit, *aut* concuſſit *arborem ventus. c c a.* II. *Paſſ. Gi. vid.* زعج.

زَعْزَعٌ, زَعْزَاعٌ, زَعَازِعُ, زَعْزَعَانٌ, زُعَازِعٌ, *Plur.* زَعَازِعُ, Agitans ac procelloſus *ventus. Ca. & duo prima, ut Subſt.* Ventus talis. *Gi. & primum* Vacillans & quaſſabundus *inceſſus. Ca.*

زَعْزَاعَةٌ Plurium equorum turma, *Ca.*

I. زَعَبَ, *Fut. A, Act.* زَعْبٌ, *i.q.* دَفَعَ, Pepulit, truſit. Propulſavit *ab eo. c c* عن 2, Dedit *partem opum, pecuniæ. c c* ل *p & c a r, vel c a p. Gi.* 3, Portandum cepit. aſportavit. *c c a.* 4, Implevit *vas, vallem aqua. c c a. Ca. vide* رعب. 5, Illiſit ſe & impulſus fuit in vallem *fluxus aquæ. Gi.* 6, *i.q.* نعب, *aut pro eo,* Crocitavit *corvus.* II. Alacris fuit. Iratus fuit. Multum edit bibitque. *Ca.* VIII. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 3. *c c a. Gi. & ſign.* 5. *Ca.*

زَاعِبٌ Viæ dux per diverſas commeans regiones. *Gi.*

زَعِيبٌ Suſurrus motæ palmæ. *Ca.*

زَعْبَةٌ & زُعْبَةٌ Pars opum, pecuniæ. *Ca.*

زَاعِبِيٌّ, *Fæm.* ة, *Epitheton haſtæ cuſpidisve ejus. Gi. ſive ab urbe aliqua, ſive à viro: vel à motu & impulſu. Ca.*

أَزْعَبُ & زُعْبُوبٌ Brevis corpore ac deſpicabilis. *Gi. Ca. & poſterius quoque* Craſſus. *Ca.*

IV. Q. إِزْلَعَبَّ, *cum* ل *ſervili,* Magna copiâ impulſus fuit *aquæ fluxus. Gi.*

I. زَعَجَ, *Fut. A,* Movit, commovit, *&* exturbavit, *ſuo loco. c c a r &* عن *loci.* VII. *Paſſ. Gi. vide* زعزع.

مِزْعَاجٌ Mulier inquieta, nullo loco manens. *Gi.*

I. زَعِرَ Pauci *&* rari fuere *pili, plumæ. Ca.* 2, *&* Paucos habuit pilos. *Gi.* IV, *&* X, *Idem Ca.*

زَعِرٌ & أَزْعَرُ & زَعِرٌ Paucis præditus pilis. *& poſterius idem vulgo quod* زعرور *ſign.* 1. *Gi.*

زَعَرٌ Paucitas raritaſve pilorum. *Gi.*

زَعِرٌ, *Pl.* زُعَّارٌ *i.q.* زَعِرٌ *ſign.* 2. *& Plur.* زَرَاعِرُ Homines vagi captantes fortunam: *quales ſunt, qui Cingali dicuntur. Tim.*

زُعْبُرٌ Paucas habens opes. *Ca.*

زَعَارَّةٌ & زَعَارَةٌ Pravitas indolis. *Ca. Gi.*

زُعْرُورٌ Homo malæ indolis. *& Goll.* Meſpilum. *ſpecial. quod genus* aronium *vocat Dioſc.* 1. 169.

I. زَعَفَ, Fut. A, Act. زَعْفٌ, Interemit. pec. ipſo quo prehendit loco. cca. IV. Idem. & Accelerata morte inopinantem occidit. cca. Gi.

زُعَافٌ Feſtina & accelerata mors. & Accelerans mortem toxicum. vide mediâ Hamzatum, & ذعف. Gi.

زَعَانِفُ Pellis, ex. gr. ovinæ, extremitates, & graciliores pedes illi adhuc annexi. Gi.

زِعْنِفَةٌ Brevis corpore, pumilio. Gi.

Q. زَعْفَرَ Croco tinxit veſtem. cca. Gi.

زَعْفَرَانٌ Perſ. Plur. زَعَافِرُ, Crocus. Gi. unde Ital. ſaffrano.

مُزَعْفَرٌ Fulvus, aliis ex fulvo rubens, leo. Gi.

زُعْفُوقٌ, Plur. زَعَافِيقُ, Malus indole. Gi.

I. زَعَقَ, Act. زَعْقٌ, Clamavit. Terruit. vide ذعر. cca. Gi. Multum ſalis indidit ollæ vel cibo. cca. Mar. &, mediâ Keſratâ Fut. A, ac Paſſivi formâ, Nocte timuit, terrori obnoxius fuit. & quaſi contra, Alacris fuit. vel præ terrore aut lubentia aſſilivit. item, mediâ Dammatâ, Craſſa fuit aqua, ut bibi vix potuerit. Ca. IV. Terrefecit. Valde ſalivit cibum, ollamve. cca. & Tranſ. ſign. I. Excivit ad clamorem, ſive ob metum, ſive ob lætitiam, ſive aliam ob cauſam. Mar. VII. Terrore metuve correptus fuit, ſeu i.q. Conj. I. mediâ Keſratâ. Gi. & Cito inceſſerunt jumenta. Præceſſit, prævertit, equus. Ca.

زَعِقٌ Pavidus. Ag. & mediâ Keſrati. زُعَاقٌ Salſa aqua. Gi.

زَعَّاقٌ Valide & cito incedens equus. Ca.

مَزْعُوقٌ & زَعِيقٌ Territus. & poſter. quoque Valde ſalitus cibus. Gi.

زُعْكُوكٌ, Pl. زَعَاكِيكُ & زَعَاكِكُ; item أَزْعَكِيٌّ Sing. Brevis & deſpectus. & primum زعكوك, etiam Pinguis, de camelis. Gi.

I. زَعِلَ Alacris ac lubens fuit. IV. Talem effecit. ccap. Gi.

زَعَلٌ Alacritas. زَعِلٌ Alacer & lubens. Gi.

زُعَلٌ Qui contorquet ex fame ventrem. Gi.

زَعْبَلٌ Nom. propr. &, Pl. زَعَابِلُ, Mater fatua. & Puer male digerens cibum: ita ut craſſeſcat inde venter & extenuetur collum. Gi.

I. زَعَمَ, Fut. O, Act. زَعْمٌ, زُعْمٌ, زِعْمٌ, Dixit: pec. ex opinione. Gi. opinatus fuit. & Prætendit. attribuit ſibi. 2, i. q. كفل, Fidejuſſit, ſpoſpondit pro alio. cc ب. 3, mediâ Keſratâ, Fut. A, Act. Záamon, i.q. طمع, Concupivit: concupiſcentiâ laboravit. IV. Tranſ. hujus. & cap. V. i.q. تكذب, Falſum dixit, mentitus fuit. Gi.

زَعُومٌ De qua dubitatur, num pinguis nec ne ſit, ovis, camela: quæque proinde manuum contrectatione exploratur. Gi.

زُعُومٌ i. q. عِيٌّ, Hæſitantia in ſermone, balbuties. Gi.

زَعِيمٌ Qui quid attribuit arrogatque ſibi. & Sponſor, fidejuſſor. & Princeps, dux dominuſque quorundam hominum. Gi.

زَعَامَةٌ Act. † ſign. 2. item i. q. سِلَاحٌ, Arma. Gi.

مَزْعَمٌ, Pl. مَزَاعِمُ, i. q. مَطْمَعٌ, Res concupita. item Res dubia & opinabilis. Gi.

I. زَعَبَ Juſtè egit, juſtitia uſus fuit. Ca.

زَغْزَغِيَّةٌ i.q. عَصِيدَةٌ, Puls. Ca. زُغْزُغِيَّةٌ Idioma quoddam Barbarorum. Gi.

I. زَغِبَ & II. Lanugine, i.e. exiguis flaviſque pilis, præditus fuit pullus avis. Gi. IV. Idem. & Humorem concepit vitis. & frondeſcere cœpit. Gi. Ca. cum lanugine quadam. Mar. IX. i.q. Conj. I. Ca.

زُغْبٌ Lanugine ſeu pilis ejuſmodi præditi avium pulli. Gi.

زَغَبٌ Act. & ipſa Pulli lanugo. Gi. Ca. aut ea quæ in ſenis capite apparet poſt capillitii extenuationem. Ca.

زُغَبٌ Albo nigroque variegatus de fune. Ca.

زُغَابَةٌ Tenuiſſima pars lanuginis, de qua antè. & Gry, minimum quid. Ca.

أَزْغَبُ Variegatus albo & nigro equus, funis. Ca.

IV. Q. إِزْلَغَبَّ, cum ل ſervili. Poſt raſionem novi pullularunt pili. & Plumis, novis

vis ſeu recentibus *puto*, prædita fuit, eaſ- ve accepit, *avis. Gi.*

I. زَرَغَدَ, *Fut. A*, Vehementer vociferatus fuit, valde barrivit, *camelus mas*: *ſc.* reciprocans in gutture ſonum. *&* Compreſſit *utrem*, donec exierit orificio butyrum.*cca. item* Compreſſit *fauces. cca. Gi. Ca.*

زَرْغَدٌ *Act. & ipſa* Vox vehementior cameli in gutture reciprocata. *Gi.*

زَرِغِيدٌ Compreſſione utris expreſſum *butyrum. Ca.*

زَرْغَرَبٌ Multa aqua. Multa urina. *Gi. &, etiam cum* ة, Multæ aquæ *puteus. Ca.*

I. زَرَغَفَ, *Fut. A*, Confodit. Pluviam effudit cœlumque texit *nubes*. Aucta fuit *putei aqua. Ca. item (uti quoque* II. *Gi.)* Addidit figmenta *narrationi. cc* في. *Ca.*

زَرْغَفَةٌ & زَرَغَفَةٌ, *Pl.* زَرْغَفٌ, زَرَغَفٌ, زُرُوغٌ, أَزْرَغَافٌ, Lorica lenis; *aliis* ampla; *aliis* egregie firmiterque, & ſubtilibus annulis, conſerta. *Gi. Ca. item* زرغف *Zágaphon.* Exilia ac tenuia ligna, taleſque arborum fruticumve extremitates. *Ca.*

مِزْرَغَفٌ Avidus cibi, & guloſus. *Gi.*

IV. أَزْرَغَلَ Partem *urinæ* effudit, excrevit & abrupit *camela*; *ita ſanguinem confoſſio. cc* ب. *& i.q.* زق *Zakka*, Roſtro in roſtrum inſerto alimentum, *aut* potum, *pullo ſuo* præbuit *avis. cca. Gi.*

زُرْغُلَةٌ Portio *urinæ* ſimul excreta: *uti & lactis* ex utre effuſa, *&c. Gi.*

V. تَزَرْغَمَ Spumā per buccas huc illuc movit *camela. Ca. & hinc* Iratus in ſermone, ſeu cum ira loquutus, fuit. Submiſſam argutamque vocem edidit *cameli pullus. Gi.*

I. زَرَّ, *Fut. O, Act.* زَرْفٌ & زِفَافٌ, Domum deduxit, *vel* miſit, *ſponſam ad conjugem ſuum. ccap &* الي *r. quod cum muſica & pompa fieri ſolet. Gi.* 2, *Fut. I, Act.* زفيف *Zefifon, &* زفوف *Zufoufon*, Splenduit ac rutilavit *fulmen. Ca* 3, *iiſdem hiſce Act.* Properanter movit ſe *ſtruthiocamelus, camelus: & in inceſſu ſuo homo. cc* في. *Gi. Ca.* 4, *Fut. I, Act.* زف *Zaffon*, Spiravit *ventus. Mar. & quidem* lenius. *Gi.* 5, Se dejecit *avis* & expandit alas. *Ca.* IV. *Idem ſign.* 1. *cca. & Transf.* ↑ *ſign.* 2, Fecit ut properanter incederet, propulit. *cca.* VIII. *i.q. Conj.* 1. *&* IV. *ſign.* 1. *cca. Gi.* X. Levem exhibuit, leviterque egit, *eum inceſſus. ccap. Gi.*

زِفٌّ Plumæ parvæ ſtruthiocameli aviſve. *Gi.*

زَفَفٌ Exiguis plumis præditam eſſe *avem. Gi.*

زَفِيفٌ Inceſſus incitatior. *Gi. vide* دفيف.

أَزَفُّ Exiguis & inter ſe confertis plumis præditus *ſtruthiocamelus. Gi.*

مِزَفَّةٌ Pilentum camelinum, *ſeu* ſella, in qua ad ſponſum deduci ſolet ſponſa. *Gi. vide Conj.* 1.

I. Q. زَفْزَفَ *i.q.* زَفَّ *ſign.* 4, Vehementius ſpiravit *ventus*. Movitque herbas, & per eas excitavit ſuſurrum. *Gi. Ca.*

زَفْزَفٌ, زَفْزَافٌ, زَفْزَافَةٌ, Incitatior, & ſuſurrans *ventus. Gi. Ca.*

زُفْزُوفٌ *Coll.* Zizyphum. *pec.* album: زُفَيْزَفٌ rubrum. *Mar. Beith.*

II. زَفَّتَ Picavit, illivit pice. *cca. Ca.*

زَفْتٌ Excandeſcētia. propulſus, impulſus. *Ca.*

زِفْتٌ *i.q.* قَارٌ, Pix. مُزَفَّتٌ Pice oblitus. *Gi.*

I. زَفَرَ, *Fut. I, Act.* زَفْرٌ, Spiritum vocemve in guttur demiſit *homo*: *uti inprimis aſinus, rudere incipiens. Gi. & hinc* Gemuit, ſuſpiravit. *item* Crepuit ardendo *ignis. Ca. & Transf.* Portavit *onus. cca. Gi. &* Potandam petiit *aquam. cca. Ca.* VIII. *i.q. Conj.* 1. *ſcil.* Geſtavit, geſtandumve ſuſtulit, *onus. cca Gi. Ca.*

زِفْرٌ, *Plur.* أَزْفَارٌ, Onus. *Gi. pec.* dorſuale. *Ca. &* Vter, pelliſve, in qua defertur oleum, lac & ſimilia. *Gi. item* Caterva, cœtus. *Ca.*

زَفَرٌ Pingue omne, à quo abſtinetur in rigidiore jejunio. *Ibn Meid.*

زُفَرٌ Dominus. *Gi.* Leo. Vir ſtrenuus. *Ca.*

زَفِيرٌ Demiſſio ſpiritus vociſve in guttur. *&* Ruditus initium. *ut* شهيق ejuſmodi vocis finis ſeu emiſſio. *Gi. item, Plur.* زفرة *Zifraton*, Flamma ardentis ignis. *Ibn Far.*

زَوَافِرُ Portantes, *ſc.* ancillæ, utres in dorſis. *Gi.*

زَفْرَةٌ, *Pl.* زَفَرَاتٌ, Vox ſpirituſve in guttur demiſſus. *quale eſt initium aſini rudentis. Gi.* & Angor gemituſque. *Pſalm.* XXX. 12.

زُفْرَةٌ Medium *rei. Gi. pec.* corporis equini. *Ca.* hominum, &c. *Meid.*

زَرَافَةٌ Turba, cœtus. Adjutores, ſocii. & Pars ſagittæ infra alas. *pec.* bes à cuſpide. *Gi. item* Anteris ſeu fulcimentum ædificii. *Ca.*

زَرْفِيرَةٌ & تَزَرْفُرٌ Inflatio ſtomachi. *Gloſ. Ibn Sin.*

أَزْرَفَلَةٌ & اِزْرَفْلَى *i. q.* أَجْفَلَى, *aut pro eo,* Caterva, cœtus, agmen. *Gi.*

إِزْرَفَّةٌ *i. e.* خِفَّةٌ, Levitas, alacritas. *Gi.*

I. زَرَفَ, *Act.* زَرْفٌ, Impulit abripuitque *ventus. c c a.* & Suſtulit *rem*, altiorem exhibuit, *vapor. c c a. vide* زهف. & *Intranſ.* Alas expandit, ſeque in curſum dedit *ſtruthiocamelus. Gi.*

زَرَفَانٌ *Act.* ÷ *ſign.* I. & Vehementior venti flatus. & *Adject.* Velociter incedens *camela.* & Ωκυβόλ☉, rapide ſagittam emittens *arcus. Gi.*

I. زَرَقَ, *Fut. O*, Roſtro in roſtrum inſerto aluit *pullum ſuum avis. c c a. Gi.* & *Intranſ. i. q.* ذرق, *aut pro eo,* Stercus excrevit *avis. Ca.* II. Excoriavit, detraxit pellem, à capite incipiendo: *contra ac hodie fit c c a. Gi.*

زِقٌّ, *Pl. p.* أَزْقَاقٌ, *Pl. m.* زُقَاقٌ & زِقَاقٌ, (*cum Teſdid* ق *Meid.*) Vter, in quo vinum & alia reconduntur. *Gi. Meid.*

زَقَّاقٌ Qui utres ejuſmodi venundat. *Meid.*

زُقَاقٌ, *Pl.* أَزِقَّةٌ, Platea anguſtior, angiportus. & tale ſpacium inter ſeries palmarum. *Gi. Meid. Inde eſt* بحر الزقاق Fretum Gaditanum. *Ca. quod & Belgis* de S traet *dicitur.*

مَزْقُوقٌ Excoriatus à capite ad pedes: *contr. τῷ* مرجول. *Ca.*

زَقْزَقَةٌ & زِقْزَاقٌ Motitatio pueri ſaltatorio motu. *Gi. Ca. ita ut movere infantem ſolet mater. Mar.* & *poſterius* Levior riſus. Levior inceſſus. & Garritus avis circa auroram. *Ca.*

I. زَقَّبَ Adegit ut intraret *antrum vel foramen. c c a.* & في *loci. item, ut* & VII, Illud ingreſſus fuit. *Gi. Ca.*

زَقَبَةٌ, *Plur.* زِقَبٌ, *quibuſdam Pl.* زُقُبٌ, Via anguſtior. *Gi.* ⟨Meid.⟩ *vel Zákabon etiam Sing. eſt. Gi.*

زُقْرٌ *pro* صَقْرٌ Accipitris genus: *Gallis* ſacre. *Ca.*

I. زَقَعَ, *Fut. A. Act.* زَقْعٌ & زُقَاعٌ, Vehementiſſime pepedit *aſinus. Gi. Ca.* & Cecinit *gallus. Ca.*

زَقَاقِيعُ *pro* زَعَاقِيقُ Pulli coturnicum. *Ca.*

IV. أَزْقَمَ Deglutiendum dedit, vel deglutire juſſit. *c c g a.* V. *i. q.* تلقم, *aut pro eo,* Senſim deglutivit. Buccellas fecit. *item* Affatim & immodice bibit lac, &c. VIII. Inglutivit, Deglutivit. *Gi. Mar.*

زَقْمٌ *i. q.* لَقْمٌ, *aut pro eo,* Celeriter edere. *Ca.*

زَقُّومٌ Cibi Arabici genus butyro & dactylis conſtans. *Gi.* & Cibus infernalis. *Gi. Ca.* شجرة الزقوم Nom. arboris ſpinoſæ, fructum ferentis amygdali formâ. *Beith.* Arbor infernalis, cujus fructus referunt capita dæmonum. *Cor.*

زُلْقُومٌ *i. q.* حُلْقُومٌ, *aut pro eo,* Frumen, fauces. *Gi.*

I. زَقَنَ, *Fut. O. Act.* زَقْنٌ, Portavit, portandum ſuſtulit, impoſuitve *onus. c c a.* IV. Juvit in eo *alium. c c a p. Gi. Mar.*

I. زَقَا, *Act.* زَقْوٌ, زَقْيٌ, زُقَاءٌ, Vociferatus fuit *gallus, bubo.* & Clamore reſpondit *echo,* & *gallus gallo. Gi. Ca.*

زَاقٍ, *Fœm.* زَاقِيَةٌ, Clamans, vociferans. زواقي *Pl.* ⟨*Fœm.*⟩ Vociferantes galli. *Gi.*

زَقْيَةٌ *i. q.* صَيْحَةٌ, Clamor, vociferatio. *Gi.*

I. زَكَّ, *Act.* زَكِيكٌ, Vacillando ſeu jactanter inceſſit *attagen avis. Gi. Mar. quod de columba* زاف *dicitur. Gi.* & Parvis paſſibus greſſus fuit. *Mar.*

زُكٌّ *i. q.* مَهْزُولٌ, Macer, extenuatus. *Gi.*

زُكَازِكٌ Vituperatus & abjectus. *Gi.*

I. زَكَأَ, *Act.* زَكَاءٌ, Cito, prompte, *&* ante diem, dedit ſolvitque: præſenti pecuniâ ſatisfecit. *ccap.* *&* Inter pedes enixa fuit *fœtum camela*. *cc* ب. *Gi.* *Mar. item* Confugit *ad alium*. *cc* الى. *&* Congreſſus fuit *cum puella*. *cca.* VIII. Accepit *ab eo quod ſibi deberetur*. *ccar &* من *p. Ca.*

زُكَأٌ, زُكَاءٌ, *&* زُكَاءُ ٱلنَّقْدِ, Vir locuples præſenti ſolvens pecuniâ: *&* ante diem. *Gi. Ca.*

I. زَكَتَ, *Act.* زَكْتٌ, *&* II. Implevit *utrem*. *cca.* IV. *Idem. cca. item* ازكتت بولد Peperit *mulier* filium. *Belgice* is gelegen van een jongen ſoon. *cc* ب. *Gi. Ca.*

مَزْكُوتٌ, *Fœm.* ة, Impletus *uter*. *Gi. & i.q.* مملوء. *Ca.*

I. زَكَرَ Replevit. *cca.* II. *Idem. & Intranſ.* Bene habuit *infans*, incrementum cepit. *vide* زكو. V. *Idem. Gi. Ca. & i.q.* اجتمع, In unum collectum fuit *vinum*. *Ca.*

زُكْرَةٌ, *Pl.* زُكَرٌ, Culeus exiguus. *Meid. pec.* quo reconditur vinum *vel* acetum. *Gi.*

زَكَرِيٌّ, *Dual.* زَكَرِيَّانِ, *Plur.* زَكَرُونَ, Zacharias. *Gi.*

زَكَرِيَّا, *Ind. Du.* زَكَرِيَّانِ, *Pl.* زَكَرِيَّاوُنَ, *Idem. Gl. Gi.*

زَكَرِيَّاءُ, *Du.* زَكَرِيَّاوَانِ, *Pl.* زَكَرِيَّاوُونَ. *Idem. Gi.*

زَكَرِيَّايَ, *Du.* زَكَرِيَّاوَايَ, *Pl.* زَكَرِيَّاوِيَّ. Zacharias meus, mei duo, plures. *Gi.*

زَكَرِيَّاوِيٌّ Pertinens ad Zachariam. *Gi.*

زَوَنْكَلٌ *i.q.* قَصِيرٌ, Brevis corpore. *Gi.*

I. زَكَمَ Ejecit *ſperma genitale*. *cc* ب. Implevit *utrem*. *cca. Ca.* *At formâ Paſſivi,* Coryzâ, gravedine, correptus fuit ac laboravit. II. *Tranſ. hujus*, Coryzâ affecit. *ccap. & pro* زكن *Zeckena.* IV. *i.q. Conj.* II. *ſign.* I. *ccap. Gi.*

زُكَامٌ Coryza, tenuis per nares deſtillatio, *aut* in fauces. *Ibn Sina. Gi.*

زُكْمَةٌ Poſtremo genita proles, filiuſve talis. *Gi. &* Vir durus ac immitis. *Ca.*

مَزْكُومٌ Coryzâ correptus, laborans. *Gi.*

I. زَكِنَ, *Fut. A. Act.* زَكْنٌ, Fecit perfecitque *negotium*. *cca.* Percepit, putavit eſſe. *ccga. pec.* ex ſignis externis ac notis. *uti pec.* Ex phyſiognomia. II. Aſſimilavit, ſimilemve fecit & putavit. *cc* على. Impoſuit, falſo imputavit. *cc* على. Suſpectum habuit. *cca.* IV. *i.q. Conj.* I. *per omnia. & Tranſ. ejus ſign.* I. Docuitque facere. *&* Suſpectum habuit. *cca. Gi.*

زَكِنٌ *&* مُزَكِّنٌ Qui ex indiciis *ac* pro opinione ſua divinat, judicat. *Gi. Za.*

زَكَانَةٌ Quod quis conjectando aſſequitur. زكانية *Idem. Ca.*

أَزْكَنُ *Comparat.* Certius divinans judicanſque. *Gi.*

إِزْكَانٌ Conjecturâ aſſequi verum, remque acu tangere. *Ca.*

I. زَكَا, *Fut. A, Act.* زَكَاءٌ *&* زُكُوٌّ, Accrevit, auctus fuit. Luxuriavit *planta*. Bonis abundavit *terra*. Bene habuit commodeque vixit. Convênit, decuit. *cc* ب *p. Gi.* Purus, pius juſtuſque fuit. *Za.* II. Purificavit, ſanctificavit, *opes ſuas*, data Deo (*i. e.* ad rerum divinarum uſum) portione ex lege debitâ. *ita &* Largitus fuit *eleemoſynam*. *cca. &* Accepit *illā* ab alio. *cca. item* Purum piumque cenſuit. Juſtificavit, approbavit, *teſtes*. *cca. ac* Laudavit *ſeipſum*. *cca.* IV. *i.q. Conj.* I. *ſc.* Bonis abundavit *terra*. *& Tranſ.* Copia & incremento *eum* auxit *Deus*. *cca.* V. Crevit, auctuſque fuit. *& i.q.* تصدق, Eleemoſynâm dedit. *Gi. Za. item* Voluit ſtuduitque ſanctus, pius ac juſtus videri. *Za.*

زَكِيٌّ, *Plur.* أَزْكِيَاءُ, Ingenuus virtute, pius, ac juſtus. *item* Bene habens, bonis abundans. *Gi. Za.*

زَكَاةٌ *&* زَكْوَةٌ, *Pl.* زَكَوَاتٌ, Quod de opibus ex lege datur ac conſecratur Deo. *uti ſunt decimæ. item* Eleemoſyna. *quod iis ſanctificantur augenturque opes reliquæ. Gi.*

I. زَلَّ, *Fut. I, Act.* زَلَلٌ *&* زَلِيلٌ, Cæſpitavit, prolapſus fuit *in luto, lubricove loco*. *cc* في. *etiam* Hallucinatus fuit, *&* erravit. *mediâ Keſratâ, Fut. A, Act. eadem* زلل; *&, Fut. I, Act.* زلول *Zuloulon*, Pondere defecit, juſto levior fuit, *nummus*. IV. Benefecit, bene meritus fuit. Donavit. *ccar &* الى *p. & Tranſ.* ✝ *Conj.* I. Fecit ut cæſpitaret.

taret. *ccap.* X. Voluit cæſpitare. & Cæſpitavit. *ejuſque Tranſit.* Ad cæſpitandum movit. *ccap. Gi. Mar.*

مَزِلّ , زَلِيل , زُلّ Lubricus *locus. etiam Fœm.* *Gi. & ſecundum* Lapſus, caſus. *Pſal.*

زَلُول & زَالّ Pondere à juſto deficiens *nummus. Gi. Mar.*

زُلَال Bona ac dulcis *aqua. Gi. Mar.* frigida & limpida. *Proprie ita dicitur* Vermis in nive natus: *de quo & Ariſt. de Hiſt. animalium l.* v. c. 19. *eſtque* Digiti longitudine, fere punctis flavis conſpicuus, aquâ ejuſmodi turgens: *quæ* ماء الزلال *dicitur. Dem.*

زِلِّيلَى & زَلَّة *Act.* Hallucinatio, lapſus, error. Offenſa *Gi. Mar.*

زِلِّيَّة . *Pl.* زَلَالِيّ . *Perſ.* زِيلُو , Strati ſeu tapeti genus: *fere* laneum & villoſum. *Gi.*

أَزَلّ , *Fœm.* زَلَّاء . Coxis ac natibus, femoribuſve, macer & extenuatus. *pec. de muliere. & ſpec.* Clunibus macris ac tenuibus præditus *lupus. Gi. Mar.*

مَزَلَّة Locus lubricus ubi quis facile cæſpitat. *Gi.*

Q. زَلْزَلَ , *Act.* زَلْزَال & زَلْزَلَة , زِلْزَال . Commovit, ac tremore affecit, tremefecit, *Deus terram. cca.* II. *Paſſiv. Gi.*

زَلْزَل Supellex. Facultas: bona. *Gi.*

زَلْزَال Tremor. زَلَازِل *i.q.* شَدَائِد , Adverſa, gravia mala. *Gi.*

I. زَلِبَ Affixus *matri* fuit *infans*, ab ea avelli nolens. *cc*ب. *Ca.*

زَلَابِيَة Laganum. *pec.* tenuius. *Ca.*

I. زَلَجَ , *Fut. I. Act.* زَلِيج & زَلْج , Leviter latus fuit per ſuperficiem terræ: *ut per glaciem. Gi.* 2, *Tranſ.* Clauſit *oſtium peſſulo ſerave, qua* مزلاج *dicitur. cca. Ca.* II. Vitam paucis aut frugaliter toleravit. IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *cca. Ca.* V. *i.q.* تزلّف , Prolapſus in lubrico fuit *pes. Gi. &* Ingurgitavit *vinum. cca. Ca.*

زَلَج & زَلْج Lapſus pedis, cæſpitatio. *vide* زلف & زلل. *Gi.*

زُلُج Petræ læves. *Ca.* زَالِج Arcui excidens *ſagitta. Gi.* Qui è periculis evadit. & Qui ingurgitat potum. *Ca.*

مِزْلَاج & زَلَّاج Vectis portæ, peſſulus, *vel* ſera ejus, quæ ſolâ manu aperiri poteſt: *uti* مسغلاق *Miglâkon*, quæ opem clavis requirit. *Gi. Ca. item ſecundum* Mulier extenuatis natibus femoribuſve. *Gi.*

مُزَلَّج & زُلُوج Paucus. & Qui aliis hominibus ſeſe inſerit iiſque adhæret, cum tamen ex iis non ſit. Inferior, ſequior. Avarus, tenax. *& prius* Ob lubricitatem manu excidens *ſagitta. Gi. Ca.*

زَالُوج Velox. & Diffitus ac longus *montis vertex. Ca.*

زَلَجَان *i.q.* تَقَدُّم , Præceſſio: progreſſus. & quæ antrorſum fit latio. *Ca.*

I. زَلَحَ , & V. *i.q.* تَطَعَّمَ , Guſtavit. *cca. Ca.*

زَلْح *i.q.* بَاطِل , Vanum. زُلُح Patinæ magnæ. *Ca.*

زَلَحْلَح Levis corpore. Parum profundus *fluvii alveus. Ca.*

زَلَحْلَحَة *Fœm. & prec.* Tenuis & expanſus *panis* & Patens cum exigua profunditate *ſcutella. Gi. Ca.*

I. زَلَخَ Præcipitem ſeu cum celeritate dejecit. *Mar. & i.q.* زخ , *aut pro eo. cca. Ca.* V. *Paſſiv. aut* Declivi loco *ſeu* lubrico pede delapſus fuit. *Gi. Ca. vide* زلق.

زَلْخ *Act.* Locus declivis *aut* lubricus, ubi pes prorſum celerius fertur: *& ut Adiect.* Talis *locus. item* Intervallum quod ſuperare ſagitta poteſt. *Gi.*

زَلُوخ Superiore parte putei, ubi aquator conſiſtit, lubricus *locus. Gi.*

زَلَخَان & زُلْخَان Præceſsio, progreſſus. *Ca. vide in* زلج.

زُلَّخَة *i.q.* زُحْلُوقَة , Locus declivior *aut* lubricus, quo pueri per ludum præcipites feruntur. *Gi. ſeu ipſe* Ludus ille. *Meid. &* Lumbago: dolor lumborum, ut ſe movere nequeat homo. *Ca.*

I. زَلِعَ , *Fut. A,* Fiſſos habuit pedes; ſive ſuperiore parte, ſive inferiore. & manus fiſſurâ affectus fuit. & quidem exterius. *Nam* ſi id contingat parte interiore, *tum* كلع *dicitur. item* Corruptum fuit, pravo modo ſe habuit, *vulnus.* V. Fiſſa fuit *manus. Gi.*

زَلْعٌ *Act. & ipſa* Manus pedisve fiſſura. *Gi.*

زُلُوعٌ *i. q.* سُلُوعٌ, *aut pro eo*, Aſcenſus per clivum montis. *Gi. vide in* زلق.

مُزَلَّعٌ Qui cutem, *pec.* pedis, à carne excoriatam habet. *Mar. Gi.*

I. زَلَفَ, *Act.* زَلْفٌ & زَلِيفٌ, Appropinquavit, prope fuit, acceſſit. 2, Proceſſit, præceſſit. IV. Prope admovit, adduxit. Comportavit. V. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 2. VIII. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 1. & Circum vel circa rem venit. *Gi. Mar.*

زَلَفٌ *i. q.* دَرَجَةٌ & مَنْزِلَةٌ, Gradus, progreſſus. Manſio. & *Pl.* ĝ *prox. ſeq. Gi. Mar.*

زَلَفَةٌ Structum opus, *ut* ciſterna, piſcina, plenum aquâ. *Gi.*

زُلْفَةٌ & زُلْفَى *Act.* Propinquitas. Diverſorium, manſio. & *prius, Pl.*

زُلَفٌ & زُلَفَاتٌ, Prima pars noctis. *Gi.*

مَزْلَفَةٌ, *Pl.* مَزَالِفُ, Regio media inter irriguam & ſitientem, cultam ac deſertam. *Gi.*

أَزْلَفُ Parvo naſo præditus ejuſque recto ac parvo mucrone. *Mar.*

I. زَلَقَ, *Fut. O*, Movit *loco. ccar &* عن *loci. Ca. &, Fut. I*, Raſit, lævavit *caput. cca. Gi. & Fut. O. uti & mediâ Keſratâ*, Receſſit, exceſſit *ſuo loco. cc* ب. *Ca. item, mediâ Keſratâ, i. q.* زلج, Lapſavit *pes* in lubrico. II. & IV. *i. q. Conj.* 1. *ſc.* Raſit *caput. cca. &* IV. *Tranſ.* ✦ *ſign. ult.* Fecit ut laberetur *pes. cca. Gi.* Torve aſpexit *ccap. Ca. & Intranſ.* Abortavit *camela.* V. *i. q. Conj.* 1. *ſign. ult.* VII, & VIII. *Idem, aut* Labilis, & lapſui ejuſmodi obnoxius, fuit. *Mar. Pſalm.*

زَلَقٌ *Act.* ✦ *ſign. ult. &* Lubricus *locus:* ubi facile pes prolabitur. & Clunis beſtiæ, jumenti. *Gi.*

زَلِقٌ & زُمَلِقٌ, زُمَالِقٌ, زُمَّلِقٌ. *cum* ✦ *ſervili*, Cui ſperma genitale effluit ante congreſſum. *Gi. & primum* Lapſans. *Pſalm.*

زَلُوقٌ Longe diſſitus aut protenſus *montis clivus. Gi. vide in* زلج.

زَلِيقٌ *i. q.* سِقْطٌ. *Gi.* زُلَيْقٌ Species mali Perſici glabra ac lævis. *Gi.* pruni. *Gl. Meid.*

زَلَاقَةٌ Locus lubricus, ubi pes labilis. *Gi.*

زَلَقٌ, *ſc.* زَلْقٌ *i. q.* مُزَلَّقَةٌ & مَزْلَقَةٌ, زَلَاقَةٌ. Clunis jumenti. *item ſecundum* Lubricus locus. *Ca.*

مِزْلَاقٌ *i. q.* مِزْلَاجٌ, *aut pro eo*, Vectis portæ, peſſulus. *Ca &* Multum abortiens *equa. Gi.*

زُلْقُومٌ *i. q.* حُلْقُومٌ, Frumen, fauces. *Gi.*

I. زَلَمَ, *Act.* زَلْمٌ, Implevit *lacum. cca.* 2, Paucum effecit *donum. ccga. Ca.* II. *Idem utrumque. & eâdem conſtr. item* Lævigando & æquando bene concinnavit *ſagittam. cca.* Pravum inſtituit, pravumve reddidit, *nutrimentum. cca. Gi. &* Convertit *molam. cca.* VIII. Exſtirpavit *naſum.* Amputavit *caput. cca. Ca.* XI. Celeriter tergum vertit *Gi. &* Recta conſtitit. *Ca.* Illuſtris fuit *dies*, altius jam elato Sole. *Gi. Mar.*

زَلَمٌ & زُلَمٌ, *Plur.* أَزْلَامٌ, *i. q.* قِدْحٌ, Sagitta ſine alis. *pec.* quibus aleam exercere & res diſtribuendas ſortiri ſolebant Arabes Pagani. Talis portio. &, *Unit. cum* ة, Res exigua ſub gutture capræ vel ovis dependens; *ita uti* quæ auribus annaſcitur زنمة *Zenématon dicitur. Gi. item* Ungula bifida *bovis, capræ, &c. aut* Quod exiſtit pone eam. *Gi. Ca. etiam idem ſecundum, ſc.* زلم *Zulemon, cum ſuo Pl. i. q.* وبار *VVibâron, ſeu Sing.* وبرة *VVabáraton*, Animal domeſticum fele minus, vix caudam habens. *Gi.*

زَلْمَةٌ, زُلْمَةٌ, زَلَمَةٌ, زَلَمَةٌ, زُلْمٌ, Rectum, quod revera eſt: *ita Adverbialiter ſumpta*, Prorſus & revera *eſt ipſus ſervus ille, aut eidem ſimillimus. ſic & de ſerva dicunt. Gi. de tertio & quarto vide in* زلم *prox. præc.*

مُزَلَّمٌ & مَزْلُومٌ Lęvis, æqualis, & affabre factus, *ſcipio, ſagitta:* commodæ magnitudinis & formæ. *ita &, inprimis ſecundum, de homine dicitur: & cum* ة, *de muliere. & idem ſecundum* Qui male nutritur. *Gi.* Partitus. *Mar.*

أَزْلَمُ. *Fœm.* زَلْمَاءُ, Sub faucibus pendulos lobulos habens *ovis. Gi. &* Inciſam, dependente ſegmento, habens aurem: *quod nobilioribus fieri ſolet camelis. Ca. &* الازلم الجذع *Lzjédao*, Infortunium, res malis & afflictionibus plena. *Gi. Ca.*

إِزْلَأَمَّ *i. q. Conj.* XI. *quam vide ſupra. Gi.*

زِلِّيَّةٌ. *Plur.* زَلَالِيٌّ, *Perſ.* زِيلُو. Strati genus, laneum, non villoſum, ſtriatum vel pictum. *Ca.*

I. زَمَّ, *Act.* زَمٌّ, Ligavit, conſtrinxit. *Ca.*

pec. habenâ *jumentum. c c a.* & Capiſtravit. *c c a.* & Corrigiis tranſverſis adſtrinxit. *calceum. c c a. item. i. q.* نقعم. *Gi.* & Surſum ſuſtulit *caput. c c* ب. Surſum traxit protenditque *naſum. c c* ب. *Ca.* Superbivit. & Petivit, captavit, *ovem lupus. c c a. Gi. item* Loquutus fuit. *Mar.* Implevit *utrem.* & Impletus fuit *uter. Ca.* II. Alligavit collo habenam. *Mar. Paſſivum*, Colligati fuerunt alii aliis, ob multitudinem, *cameli. Gi.* VII. *Paſſ.* ÷ *Conj.* 1. *ſign.* 1. *Ca.* VIII. *i. q. Conj.* 1. *ſc.* Petivit captavitq; *prædam lupus. c c a. Gi.*

زَمَم *i. q.* قَصْد. *item* Ex adverſo reſpondens. propinquus. *ut* داري من داره زمم. *Gi.*

زَامّ *Agens. pec.* Superbus. *Gi. Ca.*

زِمَام, *Pl.* أَزِمَّة, Funiculus annexus annulo, qui per cameli naſum trajicitur: *ut eo regi poſſit: ei deinde alligatur habena. quin ipſa* Habena, quâ ducitur, aut ab inſeſſore regitur camelus. *item* Corrigia calcei. *Gi.*

I. Q. زَمْزَمَ Sonuit fragore *tonitru.* Verba fecit ſeu muſſitavit, murmuravit inter edendum *Magus*, aut circa tempus ſumendi cibi. II. Barrivit, vocem murmurando emiſit, *camelus. Gi. Ca.*

زَمْزَم Nom. putei Meccani. & Longâ cervice *camela. Gi.*

زِمْزِم & زَمْزِيم *i. e.* جِلَّة مِنَ الْإِبِل, Annoſus camelus. *Gi.*

زَمْزَمَة *Act.* ÷ زَمْزَم. & Vox quæ cum ſuſurro eminus auditur. *Gi. Ca.*

زِمْزِمَة Hominum cœtus & caterva. *Gi.*

I. زَمُتَ, *Act.* زَمَاتَة. Modeſtus, quietus, ac gravis fuit. *Gi. Ca.*

زَمِيت & زِمِّيت *i. q.* وَقُور, Modeſtus, gravis. *Gi.*

أَزْمَت *Comp. aut Superl.* ÷ *prox. præc. Gi.*

تَزَمُّت Modeſtia, gravitas. *Gi.* II. Q. زَمْأَتَ Diverſis coloribus affectus aut mutatus fuit. *Ca.*

I. زَمَجَ Implevit *utrem. cca. at* زَمَجَ بَيْنَهُمْ Concitavit eos contra invicem. *Ca.* &, *mediâ Keſratâ*, Iratus fuit. *Gi.*

زَمِج Iratus. *Ca.* زَمَج Ira. *Gi.* زُمَّج, *Perſicè*
زُمَّج, Nom. avis rapacis: quæ & دو برادران

Perſ. i. e. duo fratres. *quia præda impar à ſocia juvatur. Gi. Ca.*

زَأْمَج Univerſitas. بِزَأْمَجِهِمْ *Viri* omnes. بزأمجه *Res* tota. *Gi.*

زِمِجَّة Roſtrum ſtruthiocameli. *Ca.*

زِمِجَّي Uropygium, unde oritur cauda avis. *Gi.* & *ipſa* Cauda. *Ca. vide* & زمك.

مُزْمَئِجّ *i. q.* غَضْبَان, Iratus. *Gi.*

I. Q. زَمْجَرَ Rugiit *leo.* زَمْجَر Leo. *item* Sagitta tenuis. *Ca.*

زَمْجَرَة, *Pl.* زَمَاجِر & زَمَاجِير, Murmur. Clamor. *Gi. vide in* زجر.

زُمَّح Ignobilis. Brevis & deſpectus. *Gi.* & Niger ac deformis. *Gi.*

زُمُّح *Idem.* زَامِح *i. q.* دُمَّل. Furunculus. *Ca.*

زُمَّاح Nom. avis, quæ infantes è cunis rapit. *Ca.*

I. زَمَخَ *i. q.* شَمَخَ, *aut pro eo*, Naſum ſuſtulit, ſuperbivit. Altus fuit. Extulit ſe. *Gi. Mar.*

زَامِخ, *Plur.* زُمَّخ, Superbus, elatus. *Gi.* & *Adject.* Copioſa ac redundans *menſura. Gi. Ca.*

زَمْخَرَة Sagitta *pec.* longa ac tenuis. *ita* Fidicina. aulœda, *vel* meretrix: *quales illæ, ſi publicæ, in Oriente fere eſſe ſolent. Gi. vide* زمارة.

زِمِخْرِي Crura, *pec.* anteriora, longiora habens *ſtruthiocamelus. Gi.*

I. زَمَرَ, *Fut. O & I, Act.* زَمْر. *Ebr.* זמר, Cecinit voce vel inſtrumento. *pecul.* fiſtulâ. 2, *Fut. I. Act.* زمار *Zimâron*, Vocem edidit *ſtruthiocamelus. & quidem mas. nam de fæmella* عار *Arra dicitur.* 3, *mediâ Keſratâ, Act.* زمر *Zemeron*, Paucos pilos, & parum virilis animi, habuit *vir. Gi. etiam* Calcitravit, pede percuſſit. *Gloſ. Mar.* V. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *Gi.*

زَمِر *Ag. ſign.* 3. زِمَار Vox ſtruthiocameli maris: *nam* fœmellæ vox عرار *Irâron vocatur. Gi.*

زَمَّار, *potius quam* زَامِر, *Fæm. contr.* زَامِرَة *potius quam* زمَّارة, Pſaltes. Tibicen. fidicen,

fidicen, modulator. *In Suna tamen* زمّارة *occurrit. & quibuſdam exponitur* Meretrix. *Gi. vide* زمخرة.

زُمْرَة, *Pl.* زُمَر, Cœtus, turba hominum. *Gi.*

تَزْمِير Pſalmodia. *Pſal.* XLVIII. 4.

مِزْمَار, *Pl.* مَزَامِير, Fiſtula. Pſalterium. *Gi.*

مَزْمُور, *Pl.* مَزَامِير, Pſalmus. Canticum. *Pſ.*

مُزْمِرَة Magna ac procera *mulier. Gl. Gi.*

زُمُرُّد *&* زُمُرُّذ, *Perſ.* زُمُرُّذ, Smaragdus. *Gi. conſonante etiam voce Perſica ac Latina.*

I. زَمَعَ, *Fut. A*, Lente inceſſit, tardigradus fuit. *Gi.* 2, Peperit. *Deſt.* 3, *mediâ Keſratâ, contr. τῷ ſign.* 1. Properavit, acceleravit. 4, Mente perculſus & attonitus fuit ex metu. IV. Firmo animi propoſito ſe applicuit inſtititve negotio: diligenter proſecutus *illud* fuit. *c c a, vel c* علي. *& Intranſ.* Cucurrit, proripuit ſe, *lepus. &* Cito pullulavit, ſeque explicuit, *planta. Gi.*

زَمْع *Act.* τῆ *ſignif.* 2. *Deſt.*

زَمَع *Act.* τῆ *ſign.* 3, *&* 4. *&* Perculſio & attoniti animi ſtupor. *Gi. Mar. &* Sequior viliorque pars hominum. *Gi.*

زَمَعَة, *Plur.* زَمَع *&* زِمَاع, Res adnata poſticis partibus ungulæ bifidæ: *ut bovinæ, caprinæ item uti &* زمع *pro Sing* Calcar galli. *Meid. & Pl.* زمعات Pedes leporini. *Gi.*

زَمِيع, زَمُوع, زَمِع, *Plur.* زُمَعَاء. Properans, feſtinans. *ſecundum* Lepus, *ecu* brevi greſſu incedens. *tertium* Promptus & diligens in proſequenda re. Audax. Strenuus. Promptâ & egregiâ pollens *prudentiâ. c c g. Gi.*

زَمَاع Properantia. Diligentia & promptitudo. Audacia. *Gi.*

زَمَعَان *Act.* τῆ *ſign.* 1. Lentus progreſſus. *Gi.*

مُزْمِع Conſtans. Diligens. *Gi.*

I. زَمَقَ, *Fut. I. & O*, Vulſit, evulſit, crines. *Mu. & i.q.* زبق, *aut pro eo*, Diſcrevit, diſcriminavit, *barbam ſuam. c c a. &* Reſeravit *ſeram. c c a. Ca.*

زَمِيق *&* مَزْمُوق, *Fæ.* ة, Diſcriminata *barba.*

II. زَمَّكَ Irritavit *eum contra alium. c c a p & علي r.* Implevit *utrem. c c a.* XI. Vehementer iratus fuit. *Ca.*

زِمِكَّي Radix caudæ avis, uropygium. *vel ipſa* Avis *cauda. vide in* زمج. *Gi. Ca.*

I. زَمَلَ, *Fut. I & O, Act.* زِمَال, Cucurrit inclinans ad unius lateris onus & latus alterum attollens: *ut jumentum, cum inæqualiter onuſtum. &* Claudicavit *camelus. & Tranſ. i.q.* اردف. *c c a. Ca.* II. Involvit, recondidit *illum in veſte ſuâ. c c a p & في r.* V. Semet involvit veſti ſuæ, ſeque recondidit in ea. VIII. Portandam ſuſtulit *rem. c c a. Gi.* IX. *i.q. Conj.* V. *Mar.*

زُمَّيْل, زُمَّال, زُمَّل, زُمَّل, زَمِل, زُمْل, *duo hæc etiam cum* ة, *comm. gen.* Puſillanimis, ignavus, languens. *Gi. Ca.*

زَامِل Quem alius ſequitur. *&* Inclinato corpore ſeu ſubclaudicando incedens præ alacritate. *de jumentis. Ca.*

زَمِيل *i.q.* رَدِيف, Secundus inſeſſor, qui pone alium ſedet vehiturve. *Gi.*

زَامِلَة Camelus onerarius, qui ſupellectilem & commeatum portat. *Gi.*

أَزْمَل Sonus. *Ca. pec.* confuſus, ſeu ſtrepitus, murmur. *ut* qui eſt veretri equini in loculo ſuo. *Ca. & Adjectivum, Fæm.* ة, Multus. Totus. *dicitur* الشيء بازملة *Biazmelihi* Res tota ac univerſa. *Gi.*

أُزْمُولَة, إِزْمَوْلَة, أُزْمُول, إِزْمَوْل, Vociferans *capra, &c. Gi.*

إِزْمِيل Scalprum, culter ſutorius. *Gi. etiam* qui imponitur haſtili ad venandos boves. *&* Malleus. *Ca.*

مُزَامَلَة *i.e.* مُعَادَلَة عَلَى ٱلْبَعِير Coæquatio oneris, ab utroq; latere impoſiti camelo. *Gi.*

I. زَمِنَ, *Act.* زَمَن, زُمْنَة, زَمَانَة, Temporis & ætatis noxâ affectũ. *aut* ex onere nimio læſum fuit, *animal.* III. Præfinivit tempus. IV. Tempore multo duravit. *&* Tardavit, diſtulitque facere. *Gi. Za. Ca.*

زَمَن *&* زَمَان, *Plur.* أَزْمَان, أَزْمِنَة, أَزْمُن, Tempus. *de multo & pauco dicitur. Gi. item* Fortuna. *ut quæ cum tempore mutatur.*

زَمِن *&* زَمِين, *Plur.* زَمْنَى *&* زَمِنُون, Affectus temporis ætatiſve noxâ, *aut* dorſi vulnere ex onere. *Gi. Ca.*

ذَات ٱلزُّمَيْن Tempore quodam elapſo. *Gi.*

زَمَانَة *i.q.* دَهْر. *Mar. &* Amor. Calami-

tas & pernicies, quæ animalibus accidere ſolet. *pec.* impotentia pedum. *Gi. Ca.*

Q. زَمْهَرَ Rubuit præ ira *oculus. Gi.* IV. *Idem.* & Auſterior fuit *vultus.* Vehementer friguit *dies. Gi.* Scintillarunt *ſtellæ. Ca.*

زَمْهَرٌ Iratus, iracundus. & Ridendo ſtringens dentes. *Ca.*

زَمْهَرِيرٌ Vehemens frigus: algor. مُزْمَهِرٌّ Admodum iratus ſeu iracundus. *Gi.*

زُمَّاوَرْدٌ, *Perſ.* بِزْمَاوَرْد, Edulii genus ex polline, amygdalis contuſis, & melle. *Meid.*

I. زَنَّ, *Fut. A, i.q.* ظَنَّ, *aut pro eo,* Opinatus fuit *de alio bonum malumve. ccap & ب r.* Suſpectumve *rei* habuit. *Gi. Ca. & Intranſ.* Exaruit *ramus. Ca.* IV. *i.q. Conj.* I. *ſign.* I. *ccap & ب r. Gi.* V. Continuavit *edere* eandem *rem. cca.* VIII. *i.q. Conj.* IV. *ccap & ب r. Gi.*

زِنٌّ *i.q.* مَاش *& i.q.* دَوْسَرٌ. *Ca.*

أَبُو زَنَّةَ *i.q.* قِرْدٌ, Simia mas. *Gi.*

I. زَنَأَ. *Act.* زَنْأٌ & زُنُوءٌ, Adſcendit *montem aut per eum. cc* في. *&, Act. priore,* Acceſſit, *quaſi* adſcendit, *ad quinquaginta. cc* الي. *at Act. poſter.* Confugit. *cc* الي. & Anguſtus fuit. Brevis & contracta fuit, *umbra. item, Fut. A,* Laboravit retentione urinæ. II. Arctavit, in anguſtiam redegit. *cca. Gi.* & Arcte duriterque detinuit in opere. *cc* علي *p. Mar.* IV. *Tranſ.* ⁊ *Conj.* I. *ſc.* Fecit ut confugeret. *ccap &* الي *r.*

زُنَاءٌ Brevis *vir, umbra. item* Anguſtia. *pec.* Suppreſſio urinæ. *Gi.*

I. زَنِبَ Pinguis fuit. أَزْنَبُ Pinguis. *Ca.*

زَنْبَقٌ, زِنْبِيلٌ, زُنْبُورٌ. *vide in* زبر & زبل.

II. تَزَنْتَرَ *i.q.* تَبَخْتَرَ, Jactanter inceſſit. *Ca.*

زَنْتَرَةٌ Anguſtia. Difficultas. *Ca.*

زَنْجٌ & زُنُوجٌ, (زِنْجِيٌّ *Vnit.*) Æthiopum genus. *Gi. unde Zingis extrema ad ſinum Barbaricum Ptolemæo.*

زَنْجٌ Tympanum. *Gen.* XXXI. 27. *Exod.* XV. 20.

زَنَجٌ Vehementia ſitis: *qua inteſtina & viſcera contrahuntur. Ca.*

مُزَنَّجٌ Parvæ quantitatis *donum, potus. Ca.*

زَنْجَبِيلٌ *vide in* زجبل. *ita* زَنْجِرَة & زنجار *in* زجر. & زَنْجَفْر *in* زجفر.

I. زَنَحَ, *Fut. A,* Laudavit. Pepulit. Anguſtius egit duriuſque *in contractu. cc* في. II. Bibit aquam iterum atque iterum. III. Laudando certavit. V. *i.q. Conj.* II. Extulit ſe ſupra conditionem ſuam. & Libere & aperte locutus fuit. *Ca.*

I. زَنِخَ, *Act.* زَنَخٌ, Corruptum rancidumve fuit, & fœtuit, *oleum, unguentum, cibus. Gi. Mar.* Caput ſuſtulit inter lactendum *agnus: uti fit ſi quæ in gutture anguſtia aut ſiccitas. &, media Phatâ, Fut. O & I, Act.* زُنُوخٌ, & V, Libere & cum imperio locutus fuit. Superbivit. *Ca. vide* زنح *prox.*

زَنِخٌ Rancidũ fœtensve *oleum, unguentum. Gi.*

زَنِخَةٌ *Cameli* quorum ventres contrahuntur præ ſiti. *Ca.*

I. زَنَدَ Impleuit. *&, media Keſrata,* Sitivit. II. Mentitus fuit. Igniario excuſſit ignem. *Ca.* Ignavum, puſillaninem, & avarum, reddidit. *Mar.* Camelæ pilos ſtylis ligneis diſcriminatos pilis aliis revinxit. *quod fit ubi poſt partum uterus prociderit. Gi.* V. In anguſtiam redactus fuit, ut non potuerit reſpondere. *Ca.*

زَنْدٌ, *Plur.* زِنَادٌ, زُنُودٌ, أَزْنُدٌ, أَزْنَادٌ, Igniarium, quo excutitur ignis. *eſtque propriè Arabibus* lignum quod motu ſuo & attritu in alterum inferius & excavatum, immittit ignitas ſcintillas. *& inde dicitur* وَرَتْ بِكَ زِنَادِي Ope tua & beneficio res meæ adjutæ fuerunt & provectæ: *quaſi* per te ignem excuſſere igniaria mea. *Item* زند Cubitus, πῆχυς. *duobus conſtans oſſibus: altero* tenuiore qui interior, & الزند الاعلي *vocatur, ac proprio nomine* كوع *Coupon: altero* craſſiore, qui exterior, & الزند الاسفل *nominatur, una voce* كرسوع *Curſoupon. Gi. Ibn Sina.*

زَنْدَةٌ Lignum excavatum, τῷ الزَّنْدِ ſuppoſitum, in quo, ceu fomite, recipitur excuſſus ignis. *Gi.*

زَنْدَانِ Duo illa ligna زَنْدٌ & زَنْدَةٌ, *ſcil.* ignitabulum, & ſuſcitabulum *ſuperius explicata. item* Duo cubiti oſſa, ulna & radius. *Gi.* focile minus & majus, *Arabum interpretibus dicta: qui cum Itali vel Hiſpani eſſent,*

eſſent, vocem ſuam focile, *quæ igniarium illis notabat, etiam huc traduxere; ſimili quadam nomenclaturâ Arabes imitati.*

مُزَنَّن Anguſtus, *fere animo. etiam de veſte*, *aliave re*, quæ parum latitudinis habet. *item* Tenax, avarus. *Gi.*

زِنْدِيق Impius. زَنْدَقَة Impietas. *vide* زندق.

II. زَنَّر Implevit. Cinxit *alium* zona *ſeu* zonario. *cca.* V. Zonam indutus fuit. *Ca. à prox. ſeq.*

زُنَّارَة & زُنَّار, ζωνάριον, cingulū. *pec.* quo Monachi Chriſtiani & Maguſæi utuntur. *Gi.*

زَنَانِير *Pl.* ꝫ *prox. præc.* & Glarea, lapilli exigui. *Gi.* & Parvæ muſcæ. *Ca.*

زَنْبِيلَة, زِنْفِيلَجَة, زَنْفَلِيجَة, زِنْفِيلَجَة, *Perſ.* Repoſitorium, in quo panni ſimileſve res conduntur: *uti apud tonſores. Gi. Ca. Meid.*

I. زَنَق, *Fut. I,* Annulo, qui corio imponitur, ſub mento frænavit *equum*, eique corio tum alligavit funem. *cca. Gi. Ca.* 2, Tenuiter arcteque habuit *domeſticos*, præ avaritia aut paupertate. *Ca.* 3, Pedi equino *ſoleam* aptavit. *cca.* Compedibus conſtrinxit quatuor pedes equi. *Mar.* II. & IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *cca. Ca.*

زَنَق, *Plur.* زُنُوق Tenuior cuſpis ſagittæ. *Ca.* & Locus ꝫ زناق *prox ſeq. Gi.*

زِنَاق & زُنَاق Annulus corio impoſitus, qui ſubditur mento equino. & quidquid ori vel naſo imponitur, ut pro arbitrio tractari poſſit equus. *Gi. Meid. uti fit cum calceatur, aut inciditur vena, &c.* & Compedes quibus quaterni religantur pedes. *Mar. in eundem finem. &, prius quoque* Monile, colli aut gutturis ornamentum. *Gi.*

زَنِيق *i.q.* رَصِين, Firmus, ſtabilis. *Ca.*

زَنَقَة Platea anguſta, taleve ſpatium inter ordines palmarum. *Gi.*

II. زَنَّم Notâ inſignivit. Adjunxit *aliquem* aliis, è quibus non eſſet. *pec.* ſupervacaneum. *cca.* & Partem auris camelinæ inciſam deorſum pendere ſivit. *Mar.* IV. Tubere, aliave re ſuperfluâ, laboravit *arbor. Ca.*

زَنَم *i.q.* زَلَم, Res ſuperflua, quæ ponè adnaſcitur ungulæ caprinæ. *aut* inferiori parti gutturis. *item* Lobus auris inciſæ, qui deorſum pendere ſinitur: *uti in nobilioribus fieri ſolet camelis. Gi.*

زَنِيم, *Fœm.* ꝫ, Spurius, ex ſcortatione natus. Supervacuus, adnatus alteri, *vel* adhærens. *Mar.* & *de homine,* Qui aliis ſe adjungit cum ad eos nec pertineat, nec ipſo opus ſit. & Qui aliquid poſticis ungulæ partibus adnatum habet *caper. aut* Cui auris inciſæ pars deorſum pendet *camelus.* & *quia hoc nobilioris fere ſignum eſt, in genere i.q.* كريم, Præſtans *ovis. Gi. Mar.* & *contra, i.q.* لئيم, Ignobilis, vilis. *Gi.*

زَنَمَة *i.q.* زَنَم, *aut ejus Vnit. Nom. item, uti &* زُنَمَة, زَنْمَة, زُنْمَة, *i.q.* قَدّ & حَقّ. *Ita Adverbialiter*, Revera *eſt* ipſe *ſervus ille. vide in* زلم. *Gi. Mar.*

أَزْنَم, *Fœm.* زَنْمَاء & مُزَنَّم, *Fœm.* ꝫ, Aurem cæſam habens *camelus*, parte deorſum pendulâ. *Gi.* & الازنم الجدع *i.q.* الارلم. *quod vide. Ca. item* مزنم Parvi cameli, *taleve* eorum genus. *Gi.*

زَوَنْكَل *vide in* زكل.

I. زَنَا, *Fut. O, Act.* زُنُوّ, *pro* زَنَأ, *ita* II. *pro* II *ejuſdem. Ca.*

زَنَاة *vide ibidem in* زَنَأ.

I. زَنَى, *Fut. I.* Coïvit. *Mar.* Scortatus fuit. *Gi.* II. *Idem.* & Vocavit ſcortatorem. *ccap.* III. *i.q. Conj.* 1. *cca. Gi. Ca.*

زِنًا & زِنَاء Scortatio. *illa* ꝫ أهل الحجاز, *hæc* ꝫ نجد *dialectus ſeu idioma.* & *poſter. quoque Act* ꝫ *Conj.* III. *Gi.*

زَانٍ *Pl.* زُنَاة, *Fœm.* زَانِيَة, *Pl. ſan.* Scortator. Scortatrix, meretrix. *Prov.*

زِنَاة, زِنًا *hoc à* زُنَاة, *illud à* زِنَائِيّ & زِنَوِيّ Scortatorius. Scortator. *Gi. Mar.*

زَنَّاءَة *i.q.* قِرْدَة Simia fœm. *Gi.*

لِرِشْدَة, لِرَشْدَة & لِزِنْيَة, لِزَنْيَة *contr.* τῷ Haud ſerio, ficte ac temere, *hoc fit. Gi.*

I. زَهَد & زَهِد, زَهُد, *Fut. A,* & زُهْد, *Act.* زُهْد & زَهَادَة, *contr.* τῷ رغب, Non-cupivit. abſtinuit, continuit ſe *a mundanis rebus*: & *quaſi* repudiavit *eas ccar.* vel c عن r. *Gi. Ca.* & Dei cultui ac religioni devotus fuit.

Mar. 2, *primum, Fut. I,* Æſtimavit modicam & paucam eſſe *rem. cca.* 3, *Fut. A, Act.* زهد *Zâhadon,* Conjectavit, per conjecturam menſuravit, *palma ſegetiſve* proventûm. *cca. Gi.* II. *Tranſ.* ✝ *ſign.* 3. Abſtinentem,devotumqueDeo,effecit. *Mar.* IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 3. *cca. Ca. &* Æſtimavit modicum paucumque. *cca. & Intranſ.* Paucas habuit opes, pauperve fuit. *Gi. Mar.* V. Oſtendit abſtinentiam, *&* devotum Deo animum. VIII. *i. q. Conj.* IV. *ſign.* 2. *Mar.*

زَهْدٌ Quantitas. *pec.* modica,& ſufficiens. *Gi.*

زُهْدٌ Abſtinētia à mūdanis rebus,devotio. *Gi.*

زَهَدٌ *i.q.* زَكْوةٌ. *Ca.* زَاهِدٌ *Ag. &* Averſus ac abſtinens à caducis rebus. *Hiſt. Sar.*

زَهَادٌ Quæ non niſi à multa pluvia fluxum aquæ mittit *terra, ob mollius & apertum ſolum. Gi. at contra.* Pauca ex pluvia fluxum concipiens, *ob duritiem. Deſt.*

زَهِيدٌ Abſtinens. temperans. Anguſtus. paucus. *Ita* زهيد الاكل Parum comedens, ſobrius. *&* وادٍ زهيد Alveus accipiens parum aquæ. *Gi.*

مُزْهِدٌ, *Fœm.* ة, Paucarum opum, inopſve, *homo. Gi.*

زَهْدَمٌ *i. q.* صَقْرٌ, *aut* Pullus accipitris ſeu falconis. *Gi.*

I. زَهَرَ. *Act.* زُهُورٌ, Luxit ſplenduitque *ignis. Gi.* Invaluit ac multus fuit. *Mar.* زهرت بك داري Viguit floruitq; per te fortuna mea. *media I & O,* Nituit, pulcher fuit. *Ca.* IV. *Tranſ.* ✝ *Conj.* 1. *ſign.* 1. *cca. & Intranſ.* Floruit, nituit, ſplenduit, VIII. *i.q.* احتفظ, Cuſtodivit *rem,* ne periret, eâ lætatus fuit. *cc* ب. *Gi. Ca. &* Commendavit aliquid. XI. Floruit *planta. Ca.*

I. سَلَغَ i. q. صَلَغَ, Fut. A, Act. سُلُوغٌ, Dentis defluvium paſſus fuit bos aut ovis, poſt annum ſextum. Gi. hoc in camelis بزل dicitur. Gi. item Tranſ. Act. سلغ Salgon. & i. q. ثلغ, aut pro eo, Contuſione fregit caput. cca. Gi.

سَلَغٌ Durities annoſæ carnis, quæ coquendo vix emolliri poſſit. ut pecoris ſexenni majoris eſſe ſolet. Gi. ut Act. interpretatur Mar.

سَالِغٌ Comm. gen. Cui dens poſt ſextum annum excidit, & ſextum excedens annum, bos, vacca, ovis. Gi. de camelo بازل dicitur.

سَلْغَةٌ Fractura capitis. أَسْلَغُ Tenax & dura, ad coquendum inepta, pecoris annoſi caro. Gi.

I. سَلَفَ, Fut. O. Æquavit & complanavit terram. cca. Gi. Induxit, illivit trullâ. Mar. pec. Occavit terram ſationi. ccar & ل. vide مسلفة. Ca. Oblivit utrem. cca. Ca. 2, etiam Fut. O, Præteriit. Præceſſit. tum Intranſ. ipſa res: tum Tranſ. ipſam rem, cca. II. Fecit ut præcederet. Præmiſit. cca. Gi. Jentaculum ſumpſit, aut cibi quid ante prandium. Ca. & Tranſ. hujus Fecit ut ſumeret alius. ccap. Gi. III. Profectus fuit cum alio per terram. ccap & في r. & Paria cum eo fecit in re aliqua. ccap & في r. IV. i. q. Conj. II. ſign. 1. cca. & Mutuo dedit pecuniam, commodavit, ut æqualem reciperet ſummam ſine uſura. ccap. & In anteceſſum ſolvit ei, ſeu anticipavit pecuniam, ante mercis traditionem. ccap & c في r. Gi. Ca. Mar. V. Petiit mutuo, & anticipari ſibi pecuniam. Gi. Mutuo, vel in anteceſſum pro tradenda poſt merce, pecuniam accepit. ccar & من p. Mirc. Mar. VI. Affinitate mutua inter ſe juncti fuerunt, duarum ſororum mariti. vide سلف Silfon poſt. X. Mutuo, vel in anteceſſũ ante mercis traditionem, petiit pecuniam. ccar & من p. Gi. Mar. & i. q. Ebr. יבם, Fratris defuncti uxorem duxit. cca. Deut. xxv, 5.

سَلْفٌ Act. ‡ ſign. 1. Gi. 2, Pera, marſupium. Ca. & quidem grandius. Gi. item Corium non ſat bene ſubactum concinnatumve. Ca.

سِلْفٌ Quod præmittitur vel anticipatur. 2; Dual. سلفان, Proximus congener, ſeu

coaffinis *viri*, qui uxoris ipſius ſororem duxit. *Polluci* σύγγαμβρος, συγκηδεστής. *Gi.* & Levir. *Deut.* XXV, 5.

سَلَفٌ *Act.* ÷ *ſign.* 2. *item* Majores, *ſc.* præcedentes avi & cognati, *ſeu* eorum agmen. 3, Mutuum ſine uſura. & Pecunia quæ in anteceſſum ſolvitur, ut certo tempore poſt tradantur merces. *Gi.* & *i.q.* سلف *Selfon ſign.* 2. *Aſ.*

سَلِفٌ *i.q.* سَالِفٌ, Præcedens. & *i.q.* سِلْفٌ *ſign.* 2. *Gi.*

سُلَفٌ, *Plur.* سِلْفَانٌ, Pullus perdicis. *Gi.*

سَالِفٌ *Ag.* & Præteritus. Præceſſor. *Gi.*

سُلَافٌ Succus primus & anticipatus, qui ex uvis fluit ante preſſionem. & Vinum. *Gi.* & Quod ex cute hominis prodit. *Aſ.*

سُلَّافٌ, *Plur.* τῦ سَالِفٌ سَلَفٌ *ſign.* 2. *ſeu* τῦ سَالِفٌ *ſign. ult. Gi. ſic* & Anterior pars *exercitus. Ca.*

سُلُوفٌ, *Plur.* سُلُفٌ, Quæ ex primo agmine ad potum proruit *camela. Gi. etiam* Celer *equus.* Longior *ſagittæ cuſpis. Gi.*

سُلُوفٌ *Act.* ÷ *ſign.* 2. & *Plur.* τῦ سُلْفٌ *ſign.* 2. *Gi. Mar.*

سَلِيفٌ *i.q.* سُلْفٌ *ſign.* 2. & *i.q.* سَلَّفَ *ſign.* 2. *Meid.*

سَلِفُونَ *Plur.* τῦ سَلِفٌ *ſign.* 1, & 2. *Ca. Mar.*

سِلْفَةٌ *Fœm.* τῦ سِلْفٌ, Coaffinis *fœmina*, quæ mariti ipſius fratrem maritum habet. *Gi. Ca.* & Glos, fratria. *Deut.* XXV, 7. *Alii hoc* سلف *duntaxat de viris, non illud* سلفة *nomen de mulieribus, in uſu eſſe tradunt. Ca.*

سُلْفَةٌ Cibus qui prandio præmittitur; jentaculum, *aut* ſimile quid. *Gi.* & Corium tenuius, quo ocreæ ſuffulciuntur. *item* Nictus oculi. & جاوا سلفة Venerunt continuatâ ſerie; alii protinus poſt alios. *Ca.*

سَلَفَةٌ *Fœm.* τῦ سَلَفٌ: *at potius* سُلَّكَةٌ *pro eo uſurpatur. Gi.*

سَالِفَةٌ Colli latus ab ea parte, quæ ſub aure, ad medium claviculàrum. *Gi.*

سُلَافَةٌ *Plur. ſan.* Primus ſuccus *cujusque rei expreſſæ. Gi.* Muſtum. *Act. Apoc.* 11, 13.

أَسْلَافٌ *Plural.* τῦ سِلْفٌ, *ſignif.* 2. & τῦ سَلَفٌ *ſign.* 2. *Gi. Ca.*

سُلْفٌ Annos circiter XLV nata *mulier. Gi.*

مَسْلُوفٌ, *Fœm.* ة, Æquata *aut* complanata *terra. Gi.*

مِسْلَفَةٌ. Inſtrumentum quo æquatur terra ſolumve, *aut* quo æqualiter inducitur aliquid: *ſc.* occa, *aut* cylindrus, *aut* trulla. *vide Conj.* 1. *Gi.*

أُسْلُوفَةٌ Coaffinitas illa, *de qua in* سِلْفٌ; & *in Conj.* VI. *Ca.*

I. سَلَقَ Conjecit ſtravitve *eum* in dorſum, reſupinavit. & Stratam ita expanſamque ſubegit *mulierem. cca.* 2, *pro* صلق, Clamorem extulit & excitavit tumultum. *ut cum quid accidit infortunii.* Moleſtus fuit, ægre *ei* fecit, perſtrinxit *eum* vehementioribus *verbis. ccap* & ب. *Gi.* 3, Excoriavit *flagello cutem.* Uſtulavit *eam igne.* Depilavit *fervente aquâ. ccar* & ب. *item* Aſſavit cum pelle *ovem. cca. Gi.* 4, Inunxit *utrem: ut emolleſceret, neque pravo ſapore inficeret infundendam aquam.* Totum pice illivit *camelum. cca. quod contra ſcabiem fieri ſolet. Gi.* 5, In leviter bulliente aqua coxit *ova, olus, ſive* elixum reddidit. *cca.* 7, Inſertam ſacci unius *anſam* in anſam alterius trajecit *ligno. cca ſacci,* & *c* في *anſæ. Ca. ut ambo juncti commode vehi in jumento poſſent, utrinque unus.* IV. *Idem. cca* & في. & *abſolutè,* Venatus fuit lupam. *Ca.* V. *Chald.* סְלֵק, Conſcendit *murum:* in ſumma *muri* parte fuit. *cca. Gi.* & *i.q.* قلق *Kálika. Ca.*

سَلْقٌ *Act.* ÷ *Conj.* 1. *ſign.* 3. *Gi. quin ſignif. cujuſcunque. Mar.*

سِلْقٌ Fluxus aquæ, ſeu locus quo fluit. *Ca.* Beta *olus.* & Lupus: *at quidam non de mare ſed de ſola fœmina* سلقة *dici volunt. Gi. Ca.* & *Plur. ejuſdem* τῦ سلقة *ſign.* 1. *Ca.*

سَلَقٌ *Act.* ÷ *ſign.* 7. *Gi.* 2, Terra plana læviſque. 3, Notatio ab intertrigine in dorſo cameli; cum albicat ſanatæ partis locus. *vel* Impreſſio veſtigii, *ac velut* vibicis, facta in latere jumenti à ſarcinæ ligamento. *aut* veſtigii impreſſio in via. *Gi. Ca.*

سَلَّاقٌ Acer linguâ, altiſonans, ac diſertus *orator. vel* talis & ſublimis orator, *Subſtantive. vide* ذلق & صلق. *Gi.*

مِسْلَقٌ, *Pl.* مَسَالِقُ, *cum* + *ſervili, i.q.* سَلَقٌ *ſign.* 2. *Gi.*

سُلَاقٌ *Coll.* Tuberculum in linguæ ſuperficie. *Gi.* in radice ejus. *Ca. vel* Excoriatio eroſiove dentium circa radices. *Gi.* cutis humanæ.

humanæ. *Mar.* & Craſſior materia in palpebris, erodens ciliorum crepidines. *Gi. item, uti &*

سُلاق, Aſcenſio Dominica; ejuſque feſtum. *Ca. Homil. Æl. à Chald.* סְלֵק aſcendit. *Ca. vide Conj.* v.

سُلوق Natura, ingenium. *Mar.* & Nom. oppidi in Arab. Feli. & urbis in Græcia. *forte* Theſſalonica. *Eſtque Poſſ.* سلوقي, *Fœm. cum* ة, *quo denominantur, inde quidem loricæ; hinc vero canes. ſunt autem* Theſſalonici *canes perquam celebres. Gi.*

سَلِيق & سِلق, *Pl.* سُلُق, Quod decidit defluitve de arbore. *Gi.* parvâ. *Ca. ſcil.* folia & rami. *Mar. item Adject.* Lixa *caro, ovum, olus, frumentum. Ca.*

سَلَقْلَق Quæ fluxum muliebrem (hæmorrhoïdalem *puto)* patitur ex ano. *Ca.*

سَلْقة, *Plur.* أَسْلاق, Terra æqualis, bono conſtans luto. *Ca.*

سِلْقة, *Pl.* سِلَق, Lupa. & Mulier clamoſa, impudens: & inhoneſta. *Gi. Ca.*

I. Q. سَلْقَي, *Act.* سِلْقَاة, *i.q.* سَلَق *ſign.* I. *utrâque. cca. Gi.*

سَلاقة *Act.* ⁊ *Conj.* I. *ſign.* 5. *Ca.*

سَلِيقة *Fœm.* ⁊ سَلِيق, *Pl.* سَلائِق. & Veſtigium in latere cameli impreſſum à vinculo quo ſarcinæ conſtringuntur. *Gi. Ca.* Res elixa: *pec.* tale olus. & Natura, ingenium. & conſuetudo. *ut* تكلم بالسليقة Locutus fuit ex proprio ingenio: *non edoctus exemplo, nec arte inſtitutus. Gi. Ca.*

سُلْقان *Plur.* ⁊ سِلْق *ſign.* I & 3. & ⁊ سلقة. Silkaton. *ſign.* 2. *Ca.* & τ⁊ سلقة Selkaton. *Gi. Ca. in quibus duobus poſterioribus Plur. etiam* ـــ *Keſratum habet. Gi. Ca.*

أَسالِيق Pariſthmia, aut partes quæ uvulam circumſtant. *Ca.*

مِسْلَق & مِسْقَع, & مِسْلاق, *i.q.* سَلاق, Diſertus, eloquens. *Gi. Ca.*

سَلَقْلَقة *i.q.* صَخّابة, Mulier clamoſa. *Ca.*

سَلُوقِيَة Locus in navi, ubi cōſidet nauta. *Ca.*

إسْلَنْقي *Conj.* III. ⁊ سَلْقي *præc.* & *quoque*

إسْتَلْقي, Decubuit in dorſo. Dormivit reſupinus. *Gi. Ca.*

I. Q. سَلْقَع, *Act.* سَلْقَعة, Pauper & inops fuit. Collum percuſſit. *vide* صلقع. *Mar.* III. Coruſcavit *fulmen: & glarea* ſplendore: *cum fervidior irradiaret Sol. Gi.*

سَلْقَع, *Plur.* سَلاقِع, Locus ſalebroſus. *Gi.* & durus. *etiam* Locus vacuus, deſertus. *Mar. fere junctim dicitur* بلقع سلقع, & *in Plur.* بلاقع سلاقع, Terra deſerta in qua nihil provenit *Gi.*

I. سَلَك, سَلْك, *Act.* سَلْك, Immiſit *rem* inſeruitque *in aliam. ccar &* في *p. Gi. & Intranſ. Act.* سلوك Soloukon, Ivit per viam, ambulavit. *Mar.* II. Rhombo obvolvit *neta fila cca. Aſia.* IV. *i.q. Conj.* I. *ſign.* I. *eâdem conſtr.* VII. Immiſſa fuit *res.* ſubivit, ingreſſa fuit, *aliam. cc* في. *Gi.*

سِلْك Filum. *Gi. pecul.* quod trajicitur per acum, *aut* res alias. *Ca.* & Series, ordo, nexus. *Hiſt. Sar.*

سُلَك, *Fœm.* ة, *Plur.* سِلْكان, Pullus perdicis. *Gi. vide & in* سلف.

سُلْكي Rectà, *pec.* in faciem, directa *confoſſio. Gi. Meid.*

مَسْلَك, *Pl.* مَسالِك, Via, tractus, quo quis incedit. *Tim.*

I. سَلَم, سَلِم, *Fut.* I, Cortice arboris سَلَم concinnavit *corium pellemve. c c a. Gi.* 2, Salutem pacemve impertivit. Salutavit. dixit سلام عليك. Pacem fecit. 3, Submiſit ſe. 4, Anticipatâ pecuniâ emit *rem. cc* في. 5, *mediâ Keſratâ,* Integer *à noxa,* incolumis ſalvuſque fuit. & talis evaſit. *cc* من. *Sic dicunt* بذي تسلم *Bidi Teſlamo, atque ſic per omnes perſonas, genera & numeros,* Ita ſalvus ſis, per ſalutem tuam; *aut* per Deum, qui te ſervet. 6, Muhammetanus fuit. *vide Conj.* IV. II. Incolumem præſtitit: ſervavit, eripuit, in libertatem vindicavit. *ccap &* من *r.* Salutavit, ſalutem dixit. & Benedixit *ſancti viri* memoriæ, *dicens* السلام عليه. *cc* علي *p.* & Tradidit *ei rem. ccar &* الي *p. item* Seſe ſubmiſit imperio judiciove alterius, acquievit in eo. *Gi. Ca.* III. Pacem fecit coluitve *cum eo. ccap. Gi.* IV. *i.q.* اسلف, Anticipavit pecuniam in comparanda *re. cc* في. Se dedidit ſubmiſitque imperio. *item* Commiſit res ſuas *Deo. cca &* الي *p.* & Factus fuit Muſlimus, *i.e. juxta eos,* Muhammetanus. *Gi. item* Salutem, pacem & incolumitatem ingreſſus fuit. & *i.q.* خذل, Prodidit. *cca. Gi.* deceptum tradidit, ſpretumque reliquit.

quit. *Mar.* V. Accepit traditam *rem. eamque* occupavit. *cca.* VI. Pacem fecerunt inter ſe, in gratiam mutuam redierunt. VIII. (*etiam* استلام *Ca.*) Manu oſculove contigit (*quoque* amplexus fuit *Mar.*) venerabundus *lapidem nigrum, qui in templo Meccano Caba exiſtit. cca.* X. Submiſit ſe alterius judicio imperiove. Dedidit ſe. *Gi.*

سَلْمٌ *Act.* ١ *ſign.* 1. *Gi. etiam* 2, 3. *Mar.* & Nom. proprium viri. *item, uti quoque*

سِلْمٌ, *ambo comm. gen.* Incolumitas, ſalus. Pax. *Gi.* & *hoc Act.* ١ *ſign.* 2, 3, 4. *Mar. item i. q.* الاسلام, *quod vide poſt.* & *i.q.* مسالم *Muſálim*, Gratiam, pacemve colens *cum alio. cc* ل. *Gi.*

سَلَمٌ *i.q.* سَلَفٌ, Anticipata pretii ſolutio ad aſſerendam mercem, certo tempore tradendam. *Gi. item i. q.* استسلام, Deditio. & Integer, vitii expers. Situla unam habens anſam. & *Coll.* Species arboris ة غضا *Gadâtin. Gi.*

سُلَّمٌ, *Plur.* سَلَالِيمُ & سَلَالِمُ, Scala, per quam aſcenditur. & *i.q.* غرز *Garzon*, Stapes ex corio factus. *Gi. quo in camelis utuntur.*

سَالِمٌ Incolumis, integer, vitii expers, perfectus. Liber, immunis. 2, Cuticula inter oculum & naſum cameli. *Gi. at hoc ipſum negat reprobatque Ca. item* Nom. propr. viri. *Gi. Mar.*

سَلَامٌ *Act.* ١ *ſign.* 2, 3, 4. *Mar.* Pax, incolumitas, ſalus. & Salutatio. *Gi. item* Miſericordia. *Mar. eſtque* Nomen de nominibus Dei. *Gi.* Deus. *Mar.* & *i.q.* استسلام, Deditio. *Gi.* مدينة السلام Urbs Bagdad, نهر السلام Tigris fluv. *Ca.* & Nom. arboris. *Gi.*

سِلَامٌ No: aquæ. *Gi.* & arboris. *Mar. item Plur.* ة سلمة *Selimaton ſeq. ſign.* 2. *ſcil.* Lapides. *Gi.*

سَلَامٌ & سَلَامَةٌ No: de nominibus hominum. *Gi. ita prius pro* سليمان, Solomon fil. David. *Gi.*

سَلِيمٌ *i.q.* سَالِمٌ *ſign.* 1. *ſic* Integrum, ſincerumque *cor.* & *i q.* لديغ, Punctus à ſcorpione vel ſerpente. *Gi. quin in genere* Exitio proximus *quiſque. Ca. ut in nomine bonum omen ſit incolumitatis.* & Nom propr. viri. *Gi.*

سُلَيْمٌ & سَلْمَانُ Duo no: propria virorum.

Et prius quoque Nom. tribus, cujus Soleim ille primus pater. *ac poſter. etiam* Nom. montis. *Gi.*

سَلِمَةٌ *Nom: unit.* ة سَلَمٌ *ſign. ult. item* Lapis, *idiomate Himjaritarum. Gi.* & Nom propr. viri. *itemque aliud cum Keſra* ة ل. *Gi.*

سُلْمَى & سَلْمَى *illud quidem* No: proprium mulieris. *hoc vero* Nom. propr. viri. *Gi.*

سَلَامَةٌ *Act.* ١ *ſign.* 5. Integritas à vitiis. incolumitas. Salus. Libertas exemptioque à malo. لا وسلامتك Non per ſalutem tuam, ita te ſervet Deus. &, *Vnit.* ة سلام *Selâmon*, Nom. arboris. *Gi.*

سُلَامَى *Sing.* & *Pl. aut Pl.* سُلَامَيَاتٌ, Oſſicula digitorum: & infimi pedis in camelo. *Gi.*

سَلَامَانُ Nom. arboris. *Gi.* أَسْلَمُ Tutior, tutiſſimus, &c. *Compar.* & *Superl. à* سليم. *Prov.* XLVII.

الْإِسْلَامُ Religio Muhammedica. *Hiſt. quam nominis hujus cauſam ea ſibi arroget, pete ex Conj.* 1. *ſign.* 5. & *Conj.* IV.

أُسَيْلِمٌ Vena percurrens inter medium digitum manus & auricularem. *Gi. vulgo* ſalvatella: *ad Arabicæ vocis imitationem: quæ à* سلام ſalute, *quam ex ejus venæ ſectione medici ſperant, indita fuit.*

مُسْلِمٌ, *Fœm.* ة, *Pl. ſan.* Muhammedicæ religionis aſſecla & cultor. *Hiſt.*

IV. Q. إِسْلَهَبَّ Longo protenſoque corpore fuit *equus. Gi.*

سَلْهَبٌ, *Pl.* سَلَاهِبُ, Longo corpore *equus. etiam vir.* & *Metaph.* longa *haſta. Gi. Ca. vide* & *in* سلب, *ita ut* ه *videatur ſervile eſſe. Za.*

IV. Q. إِسْلَهَمَّ Alteratus fuit *color. Gi.*

سَلْهَمٌ *i. q.* ضَامِرٌ, Gracilis attenuatuſve & longus. *Ca.*

I. سَلَا, *Fut. O, Act.* سُلُوٌّ & *mediâ Keſrâ, Fut. A, Act.* سلي *Sulijon*, *Ebr.* שָׁלָה, Tranquillo contentoque animo fuit: levatus *anxio amore vel mœrore. cc* عن *r vel car. Gi. Ca.* & Talis fuit *vita. Mar.* & Liquavit butyrum. *tum autem ultima eſt Hamza. quod ibi vide. item, ultimâ Radic.* ي, *mediâ Phatatâ*, Expeditum vacuumque fuit *pecus* à ſecundis: *vide* سلي *Selàn ſeq.*

ſeq. & mediâ Phatatâ, Tranſ. Liberavit, expedivit à ſecundis camelam. cca. II. Contento, quieto & ſecuro animo, eum reddidit. Levavit illum ſollicitudine, amore, aliiſve, quæ animum angerent. ccap & منr. 2, ult. Rad. ي, i.q. Conj. I. ſign. ult. cca. Gi. IV. i.q. Conj. II. ſign. I. ccap & عr. V. Tranquillo bonoque animo fuit, & ſolatio levatus. Mar. aut i.q. VII, Diſcuſſus fuit & receſſit ab illo mœror aut amor. cc عن p. Gi. VIII. Liquavit recens butyrum: ſed vide ubi ult. eſt Hamza. Mar.

سَلًا & سَلَي, Ebr. שִׁלְיָה, Plur. أَسْلَآءٌ, Secundę, membrana tenuis involvens fœtum bruti. Gi. etiam hominis. Ca. item Nom. urbis Mauritaniæ in maris Heſperii litore, Sala. Ptol. Ca.

سُلْوَةٌ & سَلْوَةٌ, Ebr. שְׁלִי, Chald. שְׁלוּ, Securi contentiq; animi tranquillitas. ſolatium. inde سقيتني منك سلوة Solatio & ſecuri animi tranquillitate recreaſti me. & Commoditas vitæ ac proſperitas. ſic dicunt هو في سلوة من العيش. Ca.

سَلْوَي Mel. & Hebr. שְׂלָו, Nom: coll. ac Vnit. Coturnices. Gi. de una tamen سلواة Selwâton dicit Ca.

سَلْيَآءُ Secundis liberata ac vacua camela. Gi.

سُلْوَانٌ & سُلْوَانِيَّةٌ Act. ⁊ Conj. I. Ca. inprimis ſign. 2. & prius Remedium omne mœroris aut amoris. pecul. Aqua, quæ affuſa certo, conchulæ generi, (lapidi Mar.) (potius amuleto, uti puto, خرزة legens pro خرزة) propinatur ad abſtergendum ex animo mœrorem. Gi. vel etiam Aqua affuſa terræ ex ſepulchro hominis mortui ſumptæ, quæ amorem extinguere creditur. Ca. & Medicamentum quod مفرح Muférrizjon exhilarans medicis vocatur. Gi.

سُلْوَانَةٌ Conchulæ aut amuleti genus, de quo ſupra. Gi.

I. سَمَّ, Fut. O, Venenum propinavit alicui, & indidit cibo: veneno ſuſtulit læſitve & infecit. ccc 2, i.q. قصد, Propoſuit ſibi, intendit contenditve. ccar. 3, i.q. سدّ, aut pro eo. Obturavit ampullam. cca. 4, i.q. سبر, Penetravit profundius & exploravit rem. cca. 5, Intranſ. i.q. خصّ, Proprius ac peculiaris fuit: peculiariter convenit ei. cc علي p. 6, Pacem fecit, diſſidium compoſuit inter eos. cc بين. 7, Paſſivi formâ, Vento torrido, qui سموم Semoumon dicitur, æſtuavit nocuitve dies. Gi.

سَمٌّ & سُمٌّ i.q. إِسْمٌ, Nomen. Meid. ſed à سمي eſt.

سَمٌّ Act. ⁊ ſign. 1 & 2. Gi. quin ſign. cujuſlibet. Mar. 2, Foramen exile & anguſtum. unde سم الخياط 'lchiâthi, Foramen acus. 3, Os, nares, auris, hominis. 4, Venenum, toxicum. سم قاتل Venenum lethiferum & præſentiſſimum. Gi.

سُمٌّ Meatus auris. Foramen acus. & Venenum. Meid & Genus conchæ vulgo à venere dictæ, ſimilis τῷ ودع VVádain. dicunt ما له سم ولا حم غيرك Hommon. Gi.

سَامٌّ Venenoſus. سَامُّ أَبْرَص Lacertæ genus. Gi. de quo vide in برص.

سَمَامٌ Coll. Nom. avis, hirundini ſimilis, ſeu i.q. طير ابابيل. Gi. Demir.

سِمَامٌ & سُمُومٌ Pl. ⁊ سَمٌّ ſign. 3. & 4. Gi.

سَمَّةٌ Stratum ex foliis palmæ contextum: quod ſub palma expanditur excipiendis deciduis dactylis. Ca.

سَمَّانِ Duæ venæ ad cartilaginem naſi equini vel aſini. Gi.

سَمُومٌ Fœm. Pl. سَمَايِمُ, Ventus fervens. pec. interdiu ſpirans ſubinde & noctu: uti حرور Haroûron Ventus æſtuoſus, potiſſimum flans noctu. Gi. سموم بارد Báridon, qui continuo flat. Meid.

سَامَّةٌ Fœm. ⁊ سَامٌّ ſign. I. Et i.q. خَاصَّةٌ, contr. τῷ عامة, Qui peculiares: primarii, familiares.

سَمَامَةٌ Nom. Vnit. ⁊ سَمَامٌ. & Camela celeriter incedens. Gi.

مَسَامٌّ Meatus corporis. مَسْمُومٌ Veneno occiſus vel læſus. item Veneno infectus cibus, gladius. & Vento torrido fervens graviſque dies. Gi.

أَهْلُ ٱلْمَسَمَّةِ, oppoſ. τῷ أَهْلُ ٱلْمَنْحَاةِ, Peculiares: familiares & propinqui. Gi.

سَمْسَمٌ Vulpes. & Nom. loci. سِمْسِمٌ Seſamum. Gi.

سِمْسِمَةٌ, Pl. سَمَاسِمُ, Rubra formica. Gi. talis formicula. Gi. Meid.

I. سَمَتَ, Fut. O & I, i.q. قَصَدَ, Petivit, intendit, contendit ad aliquid. Opinando conjectavit. Gi. Ca.

سمت

سَمْتٌ *Act. item* Via, tractus quem quis tenet. *Mar. Gi.* Via recta. *Meid. item* سمت الراس Cœli vertex, capiti imminens: *hinc vulgo* zenit, *quod depravatè pro* zemt *ſeu* ſemt *irrepſit in ſcholas. &* السمت Plaga punctumve horizontis, & à vertice cœli ad illud pertingens circulus, *vulgo* azimuth. *item* Habitus & forma bonorum hominum.*ita* ما احسن سمته Quam optime ſe gerit inſtituitve vitam. *item* Inceſſus qui palpando quaſi & conjectando fit. *Gi.*

سِمَتٌ *aut* سِمَةٌ, *Pl.* سِمَاتٌ, Signum, nota. *Gi.* cauterio inuſta. *Meid. ſed eſt à* وسم.

تَسْمِيتٌ Invocatio Dei ſuper aliqua re: *ut cùm dicitur* بسم الله, *quaſi* تسمية *Teſmijaton; ita & quæ* bene precatio fit tuſſienti, *ſc. hiſce verbis* يرحمك الله propicius tibi Deus ſit. *Plerumque per* ش *effertur. at* س *præſtat; quoniam à* سمت *i. e.* قصد *eſſe volunt. Gi.*

مُسَمَّتٌ Pars *ſoleæ calceive* inferior ab arctiore loco ad extremitatem. *Ca.*

I. سَمُجَ, *Act.* سَمَاجَةٌ, Deformis fœduſque fuit. *Gi.* II. *Tranſ. cca. Ca.* X. Deformem fœdumve cenſuit. *cca. Gi. &* Pravo tetroque ſapore fuit. *Mar.*

سَمْجٌ, سَمِجٌ, سَمِيجٌ, *Plur.* سِمَاجٌ, Deformis, fœdus. *& primum tertiumque* Lac pingue fœdi ſaporis. *Gi.*

سَمْهَجٌ *&* سَمْلَجٌ, *cum* ل *&* ه *ſervili, Idem, ſc.* Pingue lac & mali ſaporis. *Gi.*

I. سَمَحَ, *Act.* سَمْحٌ, سَمَاحٌ, سِمَاحٌ, سُمُوحَةٌ; *& mediâ Dammatâ, Act.* سماحة *Semâhaton*, Beneficus, liberalis, *&* facilis ac clemens fuit. *cc* ب. *Gi. Mar.* II. Rectam & æqualem fecit *haſtam. cca. & Intranſ.* Leniter & facile, facili cum lenitate, inceſſit. *Gi. item* Properavit. Fugit. *Ca.* III. Leniter *cum eo* egit. *ccap. Gi.* Condonavit. *Tim.* IV. Facilis, ſubmiſſus & obſequens, fuit. *ita* Depreſſa fuerunt *ejus cornua: id eſt*, demiſſus & morigerus evaſit animus. VI. *i.q. Conj.* III. *Gi. aut potius* Inter ſeſe uſi fuerunt lenitate & condonatione. *Gi.*

سَمْحٌ, *Pl.* سُمَحَاء *velut à* سَمِيحٌ, *&* مَسَامِيحُ *ceu à* مسماح *Miſmâhon*, Beneficus, liberalis, facilis mitiſque. *Gi.* 2. *primum* Enode lignum. *Ca.*

سَامِحٌ *&* سَمُوحٌ *Idem, ſc.* Munificus. *&* manſuetus. *Ca.*

سَمِيحٌ Inceſſus facilis. *Ca. & Adject.* Deditus vitiis. *cc* ل. *Hiſt. Sar.*

سَمْحَةٌ, *Pl.* سِمَاحٌ, *Fœm.* لـ سَمْحٌ *præc. ſign.* I. *Gi.*

سَمْحَجٌ Aſina *&* equa longo dorſo. *non autem mari tribuitur hoc nomen. Gi.*

سِمْحَاقٌ Pericranium. *&* Vulnus capitis ad eam menbranam pertingens. *Ca.*

I. سَمَخَ, *Fut. A*, Contigit læſitve *eum* in meatu auris. *cca. Ca. nam*

سِمَاخٌ *pro* صِمَاخٌ *eſt* Meatus auris. *& ipſa* Auris. *Gi. Ca.*

I. سَمَدَ Suſtulit caput præ ſuperbia. *Gi. &* Intumuit irâ. Studium & diligentiam adhibuit *in opere homo, in eundo camelus. cc* في. *&, Fut. I,* Altus fuit, eminuit. In dignitate & magnificentia fuit. *Gi.* Otioſus ac ſocors fuit. *&* Ludo ludicriſque rebus operam dedit. *Gi. Mar. &* Cantu recreavit. *cca. Mar.* II. Fimo cineribus miſto ſtercoravit *terram. cca. vide in* سبن. *&* Depilavit *caput. cca. Gi.* Alienos capillos addidit ſuis. *Mar.* IX. Intumuit irâ. *Ca.*

اِسْمَدَّ *i.q.* اِسْرَمَدَّ, *aut pro eo. Ca.*

سَامِدٌ Caput efferens. *&* Ludicrus, tempus otio & luſu tranſigens. *Gi.*

سَمَادٌ Fimus cinereſque commiſti. *Gi.*

سُمُودٌ *Act. ſign. cujuſque. Gi. Mar.*

سَمِيدٌ *pro* سَمِيذٌ, Simila, panis albus.

سَوَامِدُ ٱللَّيْلِ Alacria ac continua itinera nocturna. *Ca.*

IV. Q. إِسْمَادٌ Intumuit irâ. *Gi. vide Conj.* IX.

سَمِيذٌ Similagineus panis: *quaſi Perſ.* سپيد albus. *Meid.*

I. سَمَرَ, *Fut. O,* Noctu veſperive, *pecul.* lucente Luna, ſermones habuit & confabulatus fuit. *uti ſolent Arabes ſcenitæ circa tentoria conſidentes.* 2, Clavis confixit. *cca.* 3, *mediâ Dammatâ vel Keſratâ* Fuſcus, olivaſter, muſtelino colore, fuit. II. Tenuius dilutumque reddidit *lac* affuſâ aquâ. *cca. vide* سمار. *Gi. &* Clarum reddidit. *Mar.* Clavis confixit compegitve. *cca. & pro* شمر *Sjémmara*, Dimiſit. *cca. Gi. &* Celeriter vibravit ſagittam. *Ca.* III. Noctu ſermones

mones habuit *cum aliquo* & confabulatus fuit. *ccap.* IV. Clavis confixit. *cca.* XI. Fuſco, aut olivaſtro muſtelinove, colore fuit. *Gi.*

سَمْر *Act.* ÷ *ſign.* 1 & 2. *Mar.*

سَمَر *Act.* ÷ *ſign.* 1. & *ipſa* Nocturna vel veſpertina narratio aut confabulatio. *Gi.* & Nox. Tenebræ. *ac* Vmbra Lunæ. Tempus. *ſic dicunt* لا قمرا و سمرا, *i. e.* ابدا, *non facturus ſum* ullo unquam tempore. *Gi.*

سَامِر, *Pl.* سُمَّار & سُمَّر, Qui noctu, ac lucente Luna, ſermones cædit. & سامر *pro* سمار *Plur. hoc*, Homines populuſve talis aut turba. & *ipſe* Locus ubi confabulantur noctu. *Gi.*

سَمُور Velox *camela. vide Conj.* II. *Ca*

سَمُّور Muſtela ſcythica. *Gi. vulgo* ſabelum: *à quo nomine, ipſi genti uſitato, illa vox manaſſe videtur. vel quaſi* muſtelino prædita colore. *ipſaque* Pellis ejus animalis, *ac* pellicea talis veſtis. *Gi. Ca.*

سُمُور *Act.* ÷ *Conj.* 1. *ſign.* 3. *Mar.*

سَمِير Qui confabulatur noctu. *Gi. atque ipſe* Locus confabulationis nocturnæ. *Ca.* & Tempus. *unde in Dual.* ابنا سمير Nox & dies. & سمير الليالي *i.e.* ابدا, Vllo unquam tempore, in perpetuum. *vide* سمر *Sémaron præc. Gi.*

سِمِّير Qui noctu confabulari gaudet ſoletve. *Ca.*

سَامُور Adamas. *Deſt. Mirc.*

سُمْرَة *Act.* ÷ *ſign.* 3. *Ca.* & *ipſe* Fuſcus ſeu muſtelinus color. *Gi.* medius inter album & nigrum. *Ca.*

سَمُرَة, *Pl. ſan.* & سَمُر *nec non Pl. pauc.* أَسْمُر. Nom. arboris, *ſc.* ſpina Ægyptia. *Gi.*

سَمُرِيّ Τῷ سَمُر ſpinam depaſcens *camelus. Ca.*

سُمَيْرِيّ *Meid.* سُمَيْرِيَّة, Navigii genus. *Gi.*

أَسْمَر, *Fæm.* سَمْرَاء, *Plur.* سُمْر, Fuſcus, muſtelino colore. & *pecul.* اسمران *Dual.* Triticum & aqua. *aliis* Aqua & haſta. *Gi.* & اسمر Haſta. *Togr.*

أُسَيْمِر *Dimin.* τῷ سَمُرَة *præc. Gi.*

مِسْمَار, *Pl.* مَسَامِير, Clavus. *pec. ferreus. Gi.*

مُسَمَّر Clavis confixus compactuſve. *Gi.*

سَمْرِج لَهُ *i. e.* أَعْطِهِ, Dato illi. *Ca.*

سَمْرَج & سَمْرَجَة *Perſ.* Extorquere ſeu capere tributum. *Gi. Ca. Mar.*

سِمْسَار, *Pl.* سَمَاسِرَة, Proxeneta. *unde Ital.* ſenzale. & Amicorum conciliator, qui intercedit inter duos amicos. *Ca.*

سَمْسَق, سِمْسِق, سُمْسُق, Jaſminum. Sampſuchum. *quæ vox conſonat Arabicæ. Gi.*

I. سَمَط, *Fut. O & I, Act.* سَمْط, Aquâ fervidâ depilavit *hœdum*, aſſandi ergo. *cca. Gi.* & aſſavit cum pelle. *Mar.* 2, Suſpendit *rem. cca.* 3, Acuit *cultrum. cca. Ca.* 4, *Fut. O, Act.* سموط, Dulcedinem amiſit *lac* citra ſaporis depravationem. *Gi.* 5, *i.q.* سكت, *aut pro eo*, Conticuit *vir. Gi.* II. *Idem.* Religavit *rem* ephippiario loro. *cca. Gi. vide* سمط *Simthon.* & Dimiſit *debitorem. cca.* Tacuit, conticuit. *Ca.* V. Suſpenſus, appenſus fuit. *Gi.*

سِمْط, *Pl.* سُمُوط, Linea ſeu filum, quo connexæ ſunt margaritæ conchulæve. *alias citra eas* filum سلك *Silkon dicitur. Gi.* & Quod collo ornamenti ergo appenditur. *Gi. pec.* longius ac dimiſſum. *Ca.* & Lorum de ehippio dependens, quo res ac ſarcinæ colligantur. *Gi.* Lorica quæ imponitur clunibus equi. *Ca.* & Veſtis ſimplex non ſuffulta. *Ca.* & Levis, agilis & vafer. *Gi. Ca. aut* Venator. & Pars faſciæ capitis pendula in pectus vel humeros. *Ca.*

سَمَط (سَمْط *Ca.*) Vir levis. *Mar.* سامط Dulcedine deſtitutum *lac*, abſque ſaporis depravatione: *aut* cum incipit alterari ſapor. *Ca.* & Salis expers panis. *Mar. Deſt.*

سِمَاط, *Plur.* سُمُط, Series & ordo *rerum.* & *i.q.* جانب, Latus *hominis, palmæ. Gi.*

مُسَمَّط, *Fæm.* ة, In quo terna quaternave hemyſtichia ſimiliter deſinunt *carmen*, tum aliâ terminatione verſus ſequuntur. 2, Aquâ fervidâ depilatus *hœdus* ad aſſandum. *Gi.* cum pelle aſſatus. *Mar.* 3, Simplex, non ſuffultus aſſumentis, *nec* ſoleâ duplicatus, *calceus.* 4, Agilis leviſq; *vir. Gi.*

سِمَطِيّ, *Fæm.* ة, *i.q.* سميط *ſign.* 1. *Gi.*

أَسْمَاط Simplicia, non infarcta goſſipio, *femoralia. ſeu* Simplices, non duplicatæ, ſoleæ. *Gi. Mar. videtur Pl. eſſe à* سميط.

مُسَمَّطٌ *i.q.* سَمِيطٌ *ſign.* 1. *&* *Part. Paſſ.* ⁊ *Conj.* II. *item* Penetrans ac efficax *imperium.* Dimiſſus. *item* مرسل الذي لا يرد *Múrſelon Elledî La Iureddo. Gi.*

مَسْمُوطٌ Fervidiore aquâ depilatus *hædus. Gi.*

I. سَمِعَ, *Fut. A*, Audivit. Dicto audiens fuit. *ccap, vel cc* الى *p, vel c* ب *p. vel c* من *aut* عن *p. aut c* من *p* *&* ب *r. Gi. Cor. &* Aurem admovit audiendæ rei. *Mar.* II. *Tranſ. hujus. ccga.* Divulgavit, notumque & celebrem reddidit. *cc* ب *p: ſive* ad laudem, *ſive* ad vituperium. *& i.q.* شنّع, Diffamavit. IV. *Tranſ.* ⁊ *Conj.* 1. Fecit ut audiret, retulitque. *ccga. item* Aure ſeu anſâ in medio inſtruxit *ſitulam*: ut rectius tolli poſſit in haurienda aqua. *cca. vide* مسمع. *& i.q.* شتم, Contumeliâ affecit. *caap. Gi.* Conviciatus fuit. *Mar.* V. Auſcultavit, dicto audiens fuit. *cc* الى *p. Gi.* VI. Audivit *eum populus. cc* ب *p.* Simulavit ſe audire. ſemet præbuit auditorem. *Mar.* VIII. Audivit. *cca. Ioh.* x, 21. Attendit, auſcultavit. *cc* ل *vel c* الى. *Gi.*

سَمْعٌ *Act. &* Auditus. Auris. *Sing. & Plur. Dicitur* سمعك الى *Sémꝫoka Ileija,* Audi me & attende. سمعا ولا بلغا *Balgan*, Audiatur at ne perficiatur. *formula quâ precantur ne quid eveniat. Gi.*

سِمْعٌ *i.q.* صِيتٌ, Fama. *pec.* bona. *ſic dicunt* ذهب سمعه في الناس Meavit, diffuſa fuit, fama ejus per populum. سمعا ولا بلغا *Bilgan i.q.* سمعا ولا بلغا *prox. præc. item* Pullus aut fera ex lupo & hyæna. *Gi.*

سَمْعًا وَطَاعَةً *Formula quâ nos paratos & morigeros teſtamur. Seb.*

سَامِعٌ Audiens. auditor. Auſcultans. Obediens. *Prov. Hiſt. Sar.*

سَمَاعٌ *Act.* Auditio: auditus. auſcultatio. *&* Gratum habere. *Mar. &* Cantus. *Meid.* سماع *Semâi, ita uti dicitur* دراك *Derâki, &* مناع *Menâi, i.q.* اسمع, Audi. *Gi.*

سَمِيعٌ, *Pl.* سُمَعَآءُ, *i.q.* سَامِعٌ *&* مُسْمِعٌ. *Gi.*

سَمَعْمَعٌ, *Fœm.* ة, Parvo capite præditus. *item* Valde deformis, monſtroſus. *& in Fœm.* Satanæ ſimilis mulier. *Gi.*

سُمْعَةٌ Sonus. Fama. *hinc*

فَعَلَهُ رِيَآءً وَسُمْعَةً Facit hoc tantùm, ut homines videant audiantque. *Gi.*

نَظَرَةٌ *&* نَظْرَةٌ, *uti* سَمَعَةٌ *&* سُمْعَةٌ, *&* سِمْعَةٌ in viſu, Quæ audiens rem cognoſcit ſe falſâ opinione deceptam. *Gi.*

سِمْعَانُ Simeon. *Evang.* سَامِعَةٌ *Ag. Fœm. &* Auris. *Gi.*

أَسْمُعٌ *&* أَسْمَاعٌ, *& hinc P. pl.* أَسَامِعُ, *Pl.* ⁊ سمع *Sémꝫon*, Auditus. aures. *Gi.*

مِسْمَعٌ Inſtrumentum auditus. Auris. *&* Anſa in medio ſitulæ, cui appenditur funis. *Gi.*

مُسْمِعَةٌ *i.q.* مُغَنِّيَةٌ, Cantatrix. *Gi.*

IV. Q. إِسْمَعَدَّ, إِسْمَعَطَّ, إِسْمَغَدَّ, Repletus fuit ira. *& primum ac tertium* Intumuerunt *digiti. Gi. Ca.*

I. سَمَقَ, *Fut. O, Act.* سَمْقٌ *&* سُمُوقٌ, Altus & longus fuit. *Gi. Mar.*

سُمَّاقٌ Merum purum *mendacium.* سُمَّاقٌ *&* سموق *Semoukon*, Rhus. *pec.* obſoniorum. *ſc.* ejus fructus, qui in uſum adhibetur. *Gi. Ca. indè vulgo* ſumaç *dicitur.*

سَمِيقٌ, *Dual.* سَمِيقَانِ, Lignum in jugo bovis, quod collum ſtringit. *Gi.*

سُمَّاقِيَّةٌ Cibus opſoniumve rhois ſucco conditum. *Gi. Meid.*

أَسْمِقَةٌ Ligna in inſtrumento ſuper quo lac transfertur. *Ca.*

IV. Q. إِسْمَقَرَّ Valde ferbuit *dies. Mar.*

مُسْمَقِرٌّ Vehementer æſtuoſus *dies. Ca.*

I. سَمَكَ Extulit *cælum Deus. cca.* 2. *Intranſ.* Alta & elata fuit *res. Gi.* V. *Idem, ſeu* Excelluit, *Ebr.* בָּאָה. *Deut.* xv, 1.

سَمْكٌ *Act.* ⁊ *ſign.* 1. *item* Tectum *domus. Gi. aut* Protenſio *ejus* à ſummo ad imũ. Profunditas mathematica cujuſque *rei. Ca.*

سَمَكٌ *Coll.* سَمَكَةٌ *Nom. Vnit.* Piſcis. *Gi.* السمكة Signum *&* aſtrum piſcium in Zodiaco. *Ca.*

سَامِكٌ تَامِكٌ Elatum *cameli tuber. Gi.*

سِمَاكٌ, *Plur.* سُمُكٌ, Id quo res effertur. *Ca. Duale* السماكان Duo aſtra, quæ & pedes Leonis *vocantur. alterum* السماك الاعزل inerme, *ſc.* ſpica Virginis, *&* XIV. domici-

domicilium Lunæ: *alterum* السماك الرامح Arcturus. *vide in* رمح. *Gi.*

سُمُوك *Act.* ⁊ *ſign.* 2. *&* *Pl.* ⁊ سَمَك, Piſces, ſeu piſcium genera. *Gi.*

سُمُوكات. *Gi. aut potius* مُسْمَكات. *Ca.* Cœli. *ob ſublimitatem.*

سُمَيْكة *Diminut.* Piſciculus. *Ca.*

مِسْماك Palus quo elatum tenſumque fulcitur tentorium. *Gi.*

I. سَمَل Compoſuit rem, pacemve fecit, *inter alios. cc* بين. 2, Expurgavit cæno lutove puteum, *aut* mundavit *vas* à reliquiis aquæ. *cca.* 3, *fere media Dammatâ*, *Act.* سمولة *&* سمول, Vetuſta ac trita fuit *veſtis. Gi. Ca.* II. Parum modo aquæ ac reſiduum quid continuit vel ſuppeditavit *urna. & Tranſ.* Non niſi parum aquæ eduxit hauſitve *ex ea. cca. Ca.* IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1 *&* 3. *Gi. Mar.* V. Cepit bibitve reſiduam in vaſe aquam. *ac Tranſ. & quaſi contra*, Ingurgitavit *vinum. cca. Ca.*

سَمْل *Act.* ⁊ *ſign.* 1, 2, 3, *Gi. Mar.*

سَمَل *&* سَمِل Vetus & trita *veſtis. vel Subſt. item prius Plur.* ⁊ *ſeq.* سملة. *Gi. Ca.*

سَامِل *Ag. &* Qui ſuſtinendæ vitæ ſtudet, & res ejus concinnat ac bene cõponit. *Gi.*

سَمُول *&* سَمِيل Vetuſta ac trita *veſtis. Ca.*

شَمَلة. *ac pro eo* سُمْلة, *Pl.* سُمُول *&* أَسْمَال, Aquæ in fundo vaſis aut ciſternæ reſiduum. *Gi. Ca. item* سملة *Sümlaton*, Lacrymæ vehementi fame expreſſæ: *quaſi occæcantes oculum. & ut Singulare, i.q.* سمول *præc. Gi. Ca.*

سُملان Reliquiæ *vini. Ca.* سَوْمَلة Cyathus ſcyphuſve parvus. *Gi.* Cyathus aquæ: *forte clepſydra. Meid.*

IV. Q. إِسْمَأَلّ Medio corpore gracilis ac collapſo ventre fuit. *&* Contracta fuit *umbra. Gi.*

مُسْمَئِلّ Attenuatus ventre. *&* Nom. avis. *Ca.*

Q. سَمْلَج Leniter ac ſenſim ſorpſit. *cca. Gi.*

سَمْلَج *In* سمج *vide:* سَمَلَّج Levis, agilis. *Gi.* 2, Sagitta bene formata tenuiſve. 3, Lac dulce. 4, Pabulum herbaceum. 5, Rotundo longoque *pene* præditus *vir. ccg. Ca.*

سُمَالِج *Idem. ſign.* 3. سِمْلاج. *Meid.* (سِيلاج *Ca.*) Nom. feſti Chriſtiani.

مُسَمْلِج *i.q.* سَمَلَّج *ſign.* 5. *ccg. Ca.*

سَمَالِجِيّ Inſipidus *cibus, lac. &* Lac utri inditum quod in terra defoditur, ut craſſeſcat. *Ca.*

سَمَلَّع Lupus. Q. سَمْلَك Longam & rotundam formavit *buccellam. cca. Ca.*

I. سَمَن, *Fut. O*, Butyro condivit *illis cibum. tc* ل *p & ccar. Gi.* Butyrum dedit. *Mar.* 2, *mediâ Dammatâ vel Keſratâ*, Pinguis & obeſus fuit. II. *Idem, ſign.* 1. *cca.* Obeſum reddidit, pinguefecit. Proſpexit de br:y-ro. *ccap. & i.q.* برن *Bérrada*, Sivit refrigeſcere *cibum*, ne calore nimio offenderet. *cca. idiomate Arabiæ Felicis.* IV. *i.q. Conj.* 1 *ſign.* 1. *cca. item* Poſſedit rem obeſam: eamque emit, *aut* dedit alteri. V. Saginatus fuit. pinguis evaſit. X. Pinguem cenſuit competitque. Petiit butyrum, id ſibi dari voluit. *Gi. Mar.*

سَمْن *Act.* ⁊ *ſign.* 1. *Mar. &*, *Plur.* سُمْنان *&* اسمن *Aſmunon*, Butyrum vaccinum *&* ovillum. *Gi. Ca.*

سِمَن *Act.* ⁊ *ſign.* 2. *&* Obeſitas. *Mar. Mirc.*

سَامِن *&* سَمِين Pinguis, obeſus. *Gi. & poſterius pro* مسمون, Butyratus. *Gi.*

سَمّان Qui butyrum venundat. *At Diptoton eſt Adjectivum à* سم *Semmon. Gi.*

سُمُون *Act.* ⁊ *ſign.* 2. *& Plur.* ⁊ سَمْن *ſign. ult. Gi.*

سُمْنة Obeſitas. *&* Medicamentum quo pingueſcunt mulieres. *Gi. pec.* grana arbuſculæ piperi ſimilia. *Beith.*

سُمَانيات, سُمَنات, *Pl.* سُمَانى, *male* سُمَانِيّ, سُمَانِي *Perſ.* سماند *Semâna*, Coturnicis ſpecies, *Italis* qualea. *Gi. Meid. Demir. Bellu.*

سُمَنِيّة Paganorum ſecta in India & Sindia, quæ metempſychoſin credit. *Gi. Ca.*

أَسْمَن Obeſior. *Mar.* مُسْمِن Naturâ obeſus. *Ca.*

مُسْمِنة Naturâ obeſa. مُسَمَّنة Arte & ſtudio obeſa. *Ca.*

IV. Q. إِسْمَدَرّ Imbecillis fuit *viſus*: *pecul.* ita ut videatur aliquid apparere quod revera non eſt. *Ca.*

سَمْدُومٌ Rex : *quod ad ejus conſpectum oculi perſtringuntur. Ca.*

سَمَنْدَلٌ & سَمَنْدَرٌ Salamandra. *Gi. Ca. Dem.*

سَمَادِيرُ Imbecillitas viſus. & Quæ ob oculos apparent, ebrio, vertiginoſo, animi deliquium patienti. *Ca.*

مُسْمَغِرٌ Longa & recta *via.* & Rectus & bene inſtitutus *ſermo. Ca.*

آسْمَانْ *à Perſ.* أَسْمَانْجُونِيٌّ & سَمَانْجُونِيٌّ, cœlum, & گون *Goun* color, Hyacinthus, *ſeu potius* ſapphirus cœruleus. *Exod.* xxv. 4.

I. سَمَهَ, *Fut. A, Act.* سُمُوهٌ, Cucurrit neſcius laſſitudinis *equus.* Obſtupuit, attonitus & perculſus fuit. *Gi.* II. Libere, citra paſtorem, paſtum dimiſit *camelos. cca. Ca.*

سَامِهٌ, *Plur.* سُمَّهٌ. Sine laſſitudine currens equus. & Attonitus ac perculſus. *Gi. item Plur.* Libere ad paſtum vagantes *cameli.* & *i.q.* سمهى *Súmmeha*, Vana, futilia. *Ca.*

سَمْهَةٌ Lacus coriaceus (*i.e.* amplum cavumque corium in quo jumentis aqua offertur) ruptus & iterum compoſitus in menſæ coriaceæ formam, *ſcil.* ubi cavitas nulla eſt. *Ca.*

سُمَّهَى & سُمَّيْهَى, & *utrumque ſine Teſdid*, Mendacium, res vanæ ac futiles. & Aër terram inter & cœlum. *item prius* سمهى Diſperſi huc illuc & vagantes *cameli. Gi.*

مُسَمَّهٌ Amens, intellectu deſtitutus *homo. ccg. Ca.*

I. Q. سَمْهَجَ Mendaciis adornavit *ſermonem. cca.* ut probam monetam expendit emiſitque *nummos. cca.* Miſit. Properavit. & Truculenter peremit. *Ca.*

سَمْهَجٌ & سَمْهَجِيجٌ Aquâ miſtum *lac.* aut Pingue ac dulce. *Ca.* & mali ſaporis. *Mar.*

سَمَاهِجُ Locus inter Omam & Bahrein. *Ca.*

سَمَاهِيجُ *à Perſ.* مَاش مَاهِي, Inſula quædam. *Gi.*

سُمَاهِجٌ Non dulce & inſipidum *lac. Ca.*

سِمْهَاجٌ *i.q.* كِذْبٌ, Mendacium. *Ca.*

مُسَمْهَجٌ Symmetriâ membrorum & mediocri magnitudine præditus *equus. Ca.*

IV. Q. إِسْمَهَدَّ Magnum fuit *cameli tuber. Ca.*

سَمْهَدٌ Res ſicca ac dura. سَمَهْدَدٌ Corpulentus camelus. *Ca.*

سَمَهْدَرٌ Obeſus *adoleſcens.* Amplum *oppidum. Gi.* & Longè remotus, diſſitus. *Mu.*

IV. Q. إِسْمَهَرَّ Riguit, ſicca ac dura fuit, *ſpina.* Denſæ fuerunt *tenebræ.* Vehemens & acer *in pugna* fuit. *cc* في. *Gi. Ca.*

سَمْهَرٌ Nom. viri, qui in rectitudinem concinnabat haſtas. *unde*

سَمْهَرِيٌّ Recta *haſta.* سَمْهَرِيَّةٌ *Fæm.* & Canna ſicca ac dura. *Gi.*

I. سَمَا *pro* سَمَوَ, سَمُوَ & سَمِيَ, Altus fuit, eminuit. & Extulit, elevavit. *cc* ب. *Gi. Ca.* Extulit ſe *res illi* ut conſpicua evaſerit. *cc* ل. 2, *pec.* Caudam ſuſtulit ac jactavit *equus.* 3, Exivit venatum. II. *ultimâ* ي, Nominavit *eum Zeidum*, nomen *hoc ei* impoſuit. *ccap & c* ب *nom. Gi. vel ccga. Ca.* III. Contendit de altitudine, & ſe contra extulit, gloriatus adverſus *eum* fuit. *ccap. Gi.* IV. *i.q. Conj.* II. Nomen impoſuit, appellavit. *cca. Gi.* Extulit, altum fecit. *cca. Ca.* & Contendit سماوة *verſus: de qua poſt.* V. Altus fuit, eminuit. & Impoſuit ſibi ipſi nomen. *Mar.* VI. Certarunt inter ſe de præſtantia aut eminentia. VIII, & X, Venatum abiit. *Gi. Mar.*

سَمْوٌ *Act.* † *ſign.* 2. *Mar.*

سَمِيٌّ *pro* سَمِيُّ & سَمِي Synonymus, cognominis alteri. *item ſecundum* Similis alteri, eodem nomine appellari dignus. & *Act.* Venatum abire ac proficiſci. *Mar.*

سُمُوٌّ *Act.* † *ſign.* 1. & Altitudo. *Gi. Mar.*

سُمَيٌّ *pro* سُمَيْوٌ, *Diminut.* Nominulum. *vide* اسم *poſt. Gi.*

سَامٍ *Ag.* Altus. & *Plur.* سُمَاةٌ, Venator. *Gi.*

سَمَاءٌ *Comm. gen. Pl.* أَسْمِيَةٌ, سَمَاوَاتٌ, *pro* سَمِيٌّ, سَمَايَا & سَمَايِي, سُمُوِيٌّ, Cœlum. & Quicquid ſuperne tegit nos, *uti* Tectum domus. Nubes. *Gi.* & Pluvia. *Ca.* Umbraculum, umbella. *Gi. item* Dorſum equi. *Gi. quin ipſe* Equus, *Ca. ab altitudine. Gi.* & Herba. *Mar.*

سُمَوِيٌّ Nominalis. à سُمُوٌّ. *Gi. quod pòſt vide.*

سَمَاوٍ *Pl.* à سَامٍ *ſeu* سَامِيَةٌ, Elato capite *caballi. Gi.*

سَمَاوِيٌّ & سَمَائِيٌّ, *Fœm.* ة, *Pl. ſan.* Cœleſtis. *Matth.* VI, 15.

سَمَاةٌ, سُمَاةٌ, سِمَاةٌ, Signum, nota. *Ca. vide* وسم.

سَمَاوَةٌ *i.q.* شَخْصٌ, Res *quæque* erecta extans. *item* Tectum domus. *Gi.* & Projectura ſeu umbraculum ante domum. *Ca.* & Nom. loci inter Cufam & Syriam. *Ca.*

اِسْمٌ, أُسْمٌ, سِمٌ, سُمٌ, *pro* سُمْوٌ, *Pl.* أَسْمَاءٌ, & *hinc Pl. p.* أَسَامٍ & أَسْمَاوَاتٌ, Nomen rei. *Gi.*

إِسْمِيٌّ Nominalis. مُسَمًّى Nominatus. *Gi.*

I. سَنَّ, *Fut. O, i.q.* صَوَّرَ, Formavit, formâ donavit. *cca.* Acuit & polivit *enſem. cca. Gi.* Defricando mundavit *dentes. cca. Gi.* Planum & æquabilem fecit. Effudit, immiſitve *in eum* (in ſe ipſum *Mar.*) *loricam. ccar &* على *p.* Leniter in ſolo effudit *terram*; *& quaſi* accumulavit. *cca. vide* سنينة *ſeq.* Leniter affudit *vultui ſuo aquã. ccar &* على *p. at* citra diſperſionem. ubi cum diſperſione hoc fit, *tum* شنّ *dicitur. Gi.* & Confodit acie haſtæ. Momordit dentibus. *vel* eos fregit. *ccap. Ca.* Bene pavit recteque curavit *camelos. quaſi* nitidos reddidit. & Paſtum miſit gregem. *cca.* Vehementer promovit ac propulit *camelos. cca. Gi.* & Longâ facie fuit. Fœtidum fecit. Alteravit mutavit*que* de ſtatu. *Gi. Mar.* Secutus regulam fuit. *cca. Ca. & Ebr.* שָׁנַן, II. Acuit & polivit *enſem. cca.* Bene inſtituit ac formavit *ſermonem. cca. Ca.* III. Proſecutus fuit *camelus camelam,* cupidus ineundi. *cca.* IV. Provectâ ætate, annoſus fuit. Provenit, erupit, *dens.* Dentivit *animal:* accrevit *dente,* magnis fuit dentibus. *& Tranſ.* Fecit ut prodiret *dens. cca. Gi. Ca.* Frictione mundavit dentes. *Mar.* VIII. Defricuit dentes. *Gi.* Dentibus prehendit. Regulam vitæ poſuit. *Mar. &* poſitam in ſe ſuſcepit ac obſervavit. *Gl. Mar. Ca. item i.q.* قمص, Duos anteriores pedes ſimul ſuſtulit, ac in ſolum impegit: eoque modo cucurrit *equus. Gi. quod Græci* καλπάζειν, *Galli* galoper *dicunt. Gi.* Confuſus turbiduſque fuit *potus. Ca.* X. Dentivit. Magnis dentibus fuit. *Ca.*

سَنٌّ *Act. per ſign. omnes. Mar.*

سِنٌّ *Fœm.* Dens. *Gi.* & apophyſis *oſſis. Ca.* Ætas. *pecul.* provectior. *Hinc* كم سنك Quanta eſt ætas tua. سن الحسل *Sinna 'lhiſli i.e.* ابدا, *non veniam ad te* ullo unquam tempore: *quia nunquam dentes mutat fœtus lacertæ.* & Ea pars *calami,* quæ aptatur ad ſcripturam. *Gi.*

سَنَنٌ, سُنُنٌ, سَنَنٌ, Viæ ductus. Regula, modus. *Ca.* عن سنن الخيل More equorum. *Gi.*

سِنَانٌ & مُسَانَّةٌ *Act.* ꝫ *Conj.* III. *& prius* Cos. & Acies cuſpiſque haſtæ. *Gi.*

سَنُونٌ Dentifricium. *Gi.* سَنُونٌ *vide pòst.*

سَنِينٌ Acutus. *Ca.* Quod decidit ex lapidis confrictu. *Gi.* & Herbis nudata ac deglabrata *terra.* &, *cum ultima* ن *Na, caſu obliquus Pl.* ꝫ سنة, Annos, annis, annorum. *Gi.*

سَنَايِنَ Eodem ac pari modo *venerunt equi. Gi. vide* سنينة *ſeq.*

سَنَةٌ, *Pl.* سَنُونَ, Annus. *ſed eſt* ꝫ سنو.

سِنَةٌ *pro* وِسْنَةٌ *Ebr.* שֵׁנָה, Somnus, *pec.* levior, ejuſve initium. *Gi. & Act.* Dormitatio. *Ca.*

سِنَّةٌ, *Plur.* سِنَنٌ, Caput extremum calami, quo ſcribitur. *Meid.* Vomis. Nucleus ſeu ſpica *allii.* Terra ſicca. *Gi.*

سُنَّةٌ, *Plur.* سُنَنٌ, Forma *vel* ſuperficies. *Gi.* & Frons. *Gi.* vultus. & Via. *Mar.* Natura. *Ca.* Inſtitutum vitæ, mos vivendi. Lex. *Gi. pec.* Exemplum dictorum factorumq; Muhammedis, quæ ſectatoribus ipſius à Corano ſecundaria lex eſt. *Atque ita voces* سنة & قران *Iudaïcis vocibus* מִשְׁנָה & מִקְרָא *tam imitatione rei, quã ſono & ſignificatione reſpondent. item* Genus dactylorum Medinenſe. *Gi.* & Tormentum, pœna. *Cor. Mar.*

سُنَيْنَةٌ *Dimin.* ꝫ سِنٌّ. Denticulus. *Gi.*

سَنِينَةٌ, *Pl.* سَنَائِنُ, Arena elatior & longius protenſa per terram. *Gi. item* Ventus. *Ca.*

سُنُونُو *Coll.* سُنُونَوَةٌ & سُنُونِيَّةٌ, *Vnit. Pl. ſan. Chald.* סְנוּנִיתָא, Hirundo domeſtica. *Dem. Prov.* XXXII.

أَسَنُّ Provectior ætate. *Mar.* أَسْنَانٌ *Pl.* ꝫ سِنٌّ, Dentes. *Ca.*

أَسِنَّةٌ & أَسْنَانٌ *Pl.* ꝫ سِنَانٌ, *ſc.* Cuſpides haſtarum. *item prius Pl.* ꝫ سن *Sinnon,* Dentes.

tes. & τῶ سنة *Senaton*, Anni. & *ſecundam Pl. ab eo ipſo* اسنان. *Gi.*

مِسَنٌّ Id quo *vel* ſuper quo aliquid acuitur. *pec.* Cos. *Gi.*

مُسِنٌّ, *Fœm.* ة, Provectus ætate, annoſus. *Gi.*

مَسَانٌّ *oppoſ. τῶ* أَقْتَابٌ, Præſtantiores notæque originis *cameli. Gi.*

مَسْنُونٌ, *Fœm.* ة, Formatus. Mutatus. alteratus odore, colore. *vide in* سنو. Longam habens *faciem* cum longo naſo *ccg.* & *i.q.* مملس *Mumelleſon*, Lévis nitiduſque *vultu. Gi. Ca.* & Herbas exeſa ac iis denudata *terra. Ca.*

سِنْسِنٌ Sitis. *Ca.* &, *Pl.* سَنَاسِنُ, Caput & apophyſis vertebræ in dorſo. *Gi. aut* coſtæ pectoris. *Ca.*

مُسَنْسَنٌ Calcata ac trita *via. Ca.*

سَنَا & سُنَا, Folia ſennæ. *Meid.*

سَنِبٌ, *Pl.* سُنُبٌ & سُنُوبٌ, Equus multum currens. *Gi. Mar.*

سَنْبٌ, سَنْبَةٌ, سَنْبَنَةٌ, *i.q.* بُرْهَةٌ, Pars ſpaciumque aliquod *temporis ſeculive. Gi.*

سَنْبَنَةٌ, *Plur.* سَنَابِكُ, *Dimin.* سُنَيْبِكٌ *praec. Gi.*

سُنْبَادَجٌ, *Perſ.* سُنْبَادَه, Genus lapidis (adamantini *Teif*) quo poliuntur enſes. *Ca.* & quo vitra ſculpuntur. *Log. ſc.* ſmyris. *Bellu.*

Q. سَنْبَسَ Properavit. سِنْبِسٌ Celer, properans. *Ca.*

سُنْبُكٌ, & سُنْبُلٌ, سُنْبُلَةٌ. *vide ante in* سبل & سبك.

سَنْبُوسَقٌ. *Perſ.* سَنْبُوسَه, Artocreas: placenta, ſeu panis duplicatus, in cujus medio fructus ſeu carnes continentur, triangulari fere formâ. *Ca.*

II. سَنَّتَ Cumino condivit *cibum*, indiditve illud *ollæ. cca.* IV. *pro* اسنى, Incidit in ſterilem annum & annonæ inopiam. *vide in* سنو. IV. Pauperem, quia nobilior hæc eſſet, duxit *mulierem homo* ignobilis & dives. *cca. Gi.*

سَنْتٌ *pro* سَنَةٌ Annus. *pec.* ſterilitate, & penuria annonæ gravis. *Gi.*

سَنِيتٌ & سَنِتٌ Nequam, in quo nil boni eſt. *Gi.*

سَنُّوتٌ Cuminum. &, سِنَّوْتٌ *quibuſdam*, Mel. *Gi.*

I. سَنَجَ Fumo *aut* alieno colore contaminavit. *cca. Ca.*

سُنْجٌ, *Perſ.* سِنْجِدْ, *i.q.* عُنَّابٌ, Sizypha rubra. *Ca.*

سِنَاجٌ Veſtigium fumi & nigredo à lucerna in parietem exhalata. & Contaminatio quævis ab alieno colore. *Ca.*

سَنْجَةٌ *Perſ. i.q.* مِيزَانٌ, Libra. *Ca.* à سَنْجِيدَنْ ponderare. *Gi.*

سِنْجَابٌ & سَنْجَابٌ *Perſ.* Sciurus *animal*, cinericei coloris. ejuſque pellis, quâ ſuffulciuntur veſtes *ſeu potius* minium. *Mar.*

سِنْجِلَاتٌ Floris odoriferi ſpecies. *Ca. Perſ.* پلنك مشك, Cyani moſchati ſpecies, maculatâ facie, leopardi inſtar. *Ibn Hazj.*

سِنْكَرْفٌ, سِنْجَفْرٌ & سِنْجَرْفٌ. *Perſ.* سِنْكَرْف, Cinnabaris. *Meid. Beith.*

I. سَنَحَ, *Fut. A. Act.* سُنُوحٌ, *contr.* τῶ بَرَحَ, Manifeſta fuit *res.* accidit, *pec.* auſpicatò: & bene poſtquam male. ita incidit *conſilium ſuper aliqua re. cc* ل *p &* في *r. Spec.* Dextrum obvertit latus *venatori præda*, à ſiniſtro latere ejus tranſiens ad dextrum. *cc* ل *p. quod boni augurii & auſpicii erat apud Arabes. item i.q.* لحى, & *i.q.* عرض *Atrada. cc* ب *r. Gi.* & Avertit *à propoſito. ccap* & عن *r. Ca.* III. *i.q. Conj.* I. *inprimis ſign.* I. *Gi.*

سُنْحٌ Felicitas: bonum omen & augurium. felix auſpicium. *pec.* poſt malum. *Ca.*

سَانِحٌ & سَنِيحٌ *oppoſ. τῶ* بَارِحٌ, Quod dextrum obvertit latus alicui à ſiniſtra ejus means ad dextram. *Gi.* & *prius quoque* Volucris. *Mar. quod inde in avibus felix augurium capi ſolet.* & *poſterius* Margaritæ. *aut* filum antequam per eas trajectu fuerit. *Ca.*

سِنَاحٌ *Act.* ÷ *Conj.* III. *Gi.*

سَنْحَنْحٌ Pervigil, inſomnis; qui noctu non dormit *vir. Ca.*

I. سَنَخَ *i.q.* رَسَخَ, Stabilis ſoliduſque fuit *in ſcientia. cc* في. & *media Keſrata, pro* زنخ

زنخ *Zánicha* , Corruptum odore fuit *oleum, cibus. Gi. Mar.*

سِنْخ , *Pl.* أَسْنَاخ , Radix dentis. *Gi.* & Vehementia *febris* ſeu paroxyſmus. *Ca.*

سَنَاخَة & سَنْخَة , Odor gravis , fœtor. *ut qualis in ædibus, præſertim diu occluſis, percipitur. & poſterius quoque* Sordes. *ut ex corii concinnatione. Gi. Ca.*

I. سَنَد , *Fut. O* , *Act.* سُنُود , Innixus fuit. *cc* الي *r vel p. Gi.* 2, Relata fuit res, pertinuitque ad aliam. & dorſum dorſo impoſitum habuit. II. Fulſit *ut parietem ligno. Mar.* III. In carmine penultimam hemiſtichii , quæ ردف dicitur , diverſâ vocali affecit, quam quidem in altero eſſet hemiſtichio. In brachiis accepit, in collo amplexus fuit. IV. *Tranſ.* ꝑ *Conj.* I. *cca.* & Attribuit, retulit *aliquid ad aliquem*, allegavit *dictum* autoritate *alterius* nixus. *ccar* & الي *p.* VI. *i.q Conj.* I. *cc* الي. VIII. *Idem.* & Nixus fretuſque aliquo fuit. X. *i.q. Conj.* I. *cc* الي. *Gi.*

سِنْد Sindi, gens Indis & Caramanis contermina. *Gi.* & *Perſ. i.q.* سنيد *ſeq. Meid.*

سَنَد *Act.* ꝑ *ſign.* 2. & Pars montis obverſa tibi. ejuſque aſcenſus & acclivitas. & *i. q.* معتمد *Motémedon*, Fretus, nixus. *Gi.*

سِنَاد *Act.* ꝑ *Conj.* III. *ſign.* I. Camela corpore robuſta. *Gi. item* Altus. *Mar.*

سَنِيد , *Perſ.* سِنِد , *i.q.* دَعِيّ , Spurius. *Meid.*

سِنْدِيَان Quercus *Syris. Beith. at ſpec.* Ilex.

مِسْنَد Pulvinar, cubital *aut* cervical, *ſpec.* magnum, cui incumbitur. *Meid.*

مُسْنَد Tempus, ſeculum. *hinc* بَنَاتُ ٱلْمُسْنَدِ Mutationes & viciſſitudines fortunæ. *item i.q.* سنيد *præc.* Spurius. & Character ſcripturæ Himjariticæ, quæ alia eſt à communi Arabum litera. *Gi.*

إِسْنَادَة & إِسْنَاد Allegatio alienæ autoritatis & fidei. *Gi.*

مُسَانَدَة *Act.* ꝑ *Conj.* III. *ſign.* 2. *Gi.*

مُتَسَانِد *Ag.* ꝑ *Conj.* VI. خَرَجُوا مُتَسَانِدِينَ Exiverunt ſub ſignis ſeu vexillis diverſis, non ſub uno ducis unius. *Gi.*

سِنْدَان *Perſ.* Incus. *vide in* سدن.

سَنْدَرَة Celeritas. Magnum menſuræ aridorum genus. & Nom. arboris, ex qua arcus & ſagittæ conficiuntur. *Ca.*

سَنْدَرِيّ Validus & longus. Leo. Audax. Craſſis præditus oculis. Bonus, elegans. & *contra* Pravus. *Ca.*

سُنْدُس Præſtans & ſubtile panni ſerici genus. *Mar.* Attalicus pannus, aurum argentumve intextum habens. *Gi.*

سِنْدَرُوس & سِنْدَلُوس *Perſ.* Sandarax, gummi juniperinum, *vulgo* vernix. *Log.*

سِنُودِيق Συνοδικὴ epiſtola. *Hiſt. Sar.*

سَنْدَل *quibuſdā pro* سَمَنْدَل & سَمَنْدَر. *Dem.*

سَنَر Pravitas indolis: *pec.* pervicacia. *Ca.*

سَنَوَّر Militare indumentum ex loris contextum, quod uſurpatur pro lorica. *Gi.* & *in genere* Arma, armatura. *Ca. Mar.*

سِنَّوْر & سُنَّار , *Plur.* سَنَانِير , Felis. & *primum quoque* Dominus, princeps familiæ. Vertebra cervicis. & Radix ſeu exortus caudæ. *Ca.*

I. سَنُط Barbâ deſtitutus, *aut* eâ admodum rarâ, fuit. *Ca.*

سَنْط Acacia. *Dioſc.* I. CXXXIII. سِنْط Carpus, articulus inter volam & cubitum. *Ca.*

سُنُط , سِنْط , *Pl.* سُنُوطِيّ , سُنُوط , سِنَاط , سِنَاط , اسناط , Imberbis, cui nulla prorſus eſt ultra juſtam ætatem barba, *aut* admodum rara. *Gi. Ca.*

I. سَنَع , *Fut. O & A, item* سَنُع , *Act.* سُنُوع & سناعة *Senáaton*, Egregius, pulcher ac conveniens fuit. *Gi. Ca.* IV. Laboravit ex tarſo. *Ca.*

سِنْع Tarſus qui inter pedem & tibiam. *aut* oſſa ejus. *Gi.*

سَنِيع , *Fæm.* ة , Egregius, pulcher. *Gi. Ca.* & *pec. idem Fæm.* Elegans oſſium conformatio. *etiam, Pl.* سنائع, Via quæ per montem ducit. *Ca.*

أَسْنَع Longus, altus & procerus. *item* Longior. & Præſtantior. *Ca.*

مِسْنَاع *i.q.* سِنْع *præc.* & Pulchra camela. *Ca.*

I. سَنَف , *Fut. I & O*, Vinculo τῷ سِنَاف conſtrinxit *camelum. cca.* IV. *Idem. cca.*

&

& *Metaph.* Firmavit, firmiterque tractavit, *negotium. c c a.* Equos eundo præceſſit *equa. Gi.*

سِنْقٌ Folia arboris مَرْخ, ex qua, ceu igniario, ignem eliciunt Arabes. *Gi.*

سِنَاقٌ Infima & cava juguli pars in camelo, pectori proxima: quæ لبب *Lébebon dicitur* in equo. & Funis aut lorum, quo anterius ac poſterius ſellæ camelinæ cingulum inter ſe firmius nectuntur, propiuſ*ve* ad invicem adducuntur. *etiam* Lorum vel funis, qui ad antilenam cameli religatur, ut protractus ultra calloſum pectoris camelini tuber, كركرة *Kirkera dictum*, antilenam loco ſuo firmet. *id autem fit tunc cum extenuato & collapſo cameli ventre antilena eſt laxior. Gi. Mar.*

مِسْنَاقٌ Camelus prorſum vel retrorſum ſuccutiens ſellam: *quod aſtrictione τῶ* سناق *corrigitur. Gi.*

مُسْنَقَةٌ Camela annexum ſibi habens vinculum quod سناق *dicitur. Gi.*

مُسْنِقَةٌ Equa inceſſu ſuo equos precedens. *Gi.*

I. سَنِقَ Gravatus fuit lacte, è ſtomachi indigeſtione laboravit, *cameli pullus.* IV. *i.q.* نزق *Nézzaka*, Vt exultaret, atque protervum, effecerunt *bona. c c ap. Ca.*

سُنَّيْقٌ, *Pl.* سُنَيْقَاتٌ & سَنَانِيقٌ, *exponitur per* بيتن مخصص *Beiton Muchaſſaſon. Ca.*

I. سَنِمَ, *Act.* سَنَمٌ, Altus & gibboſus fuit. *Gi.* II. *Tranſ.* In convexum cumulumve extulit *ſepulchrum. c c a.* V. In ſuperiore *rei* parte fuit. *c c a. Gi.*

سَنِمٌ Magno tubere præditus *camelus.* & Per terræ ſuperficiē ſeu convexū fluens *aqua.*

سَنَامٌ, *Pl.* أَسْنِمَةٌ, Tuber ſive gibbus cameli. & Mare ſupereminens *terræ. c c g. aut* medium *ejus. Gi. etiam* Gibbus & convexum *terræ. ut puto.*

سَنِيمٌ Elata τῇ سَنَمَة, *i.e.* ſummitate, & velut ſpicâ ſuâ, *planta. Gi.*

تَسْنِيمٌ *Act.* ∻ *Conj.* II. & Nom. aquæ in Paradiſo. *quod ſuper arces & hyperoa fluit. Gi.* & Vinum quod ibi beati bibent. *Mar.*

I. سَنَه Plures annos extitit. Vetuſtus fuit. III. In annum pactus fuit. *c c ap.* V. *i.q. Conj.* I. & Anni calamitate afflictus fuit. Vetuſtus evaſit. eo*que, inprimis,* mutatus & corruptus fuit. *ita* ſitum ſenſit, muciduſ*ve* fuit. *panis, vinum, &c. Gi. vide in* سنو.

سَنَهٌ Sterilis *terra. Gi. pro eo* سَنَهَة *habet Mar. idemque*

سَنَةٌ, *pro* سَنْهَةٌ, *Plur.* سِنُونٌ, سُنُونٌ, سَنَوَاتٌ, Annus. *Alii ad* سنو *referunt. Gi.*

سُنَيَّةٌ & سُنَيْهَةٌ *Dimin.* Parvus annus. *Gi.*

أَسْنَهُ, *Fæm.* سَنْهَاءُ, Annoſus. vetuſtus. diuturnus. & *Fæm.* Alternis annis fructifera *palma. Gi.*

مُتَسَنِّهٌ Annoſus. Vetuſtate mutatus, corruptus. Mucidus *panis. Gi.*

I. عَكِزَ, *Act.* عَكْزٌ, *i.q.* تَقَبَّضَ, In ſe contractus fuit. II. Innixus *baculo* fuit. *cc* علي. *vide* عكازة. 2, Se direxit *aliqua re. cc* ب. 3, *Tranſ.* Munivit infernè *haſtam ferramento. cca vide* عكاز. V. *i.q. Conj.* II. *ſign.* 1. *cc* ب. *Gi.*

عِكْزٌ Malus indole, improbus. Avarus. *Ca.*

عُكَّوْزٌ & عُكَّازٌ Baculus inferiùs ferramento munitus. & *poſterius* Loculus ferreus in quo truncatus pede tibiam ponit. *Ca.*

عُكَّازَةٌ, *Plur.* عَكَاكِيزُ, Haſta brevior, quæ manu geſtatur: ſcipio, baculus, quo quis nititur. *pecul.* qui infernè ferratus. *Gi. ita* Baculus paſtoralis ſeu epiſcopalis. *Chriſt.*

I. عَكَسَ. *Fut. I. Act.* عَكْسٌ, Invertit, præpoſterè diſpoſuit. *cca.* 2, Revinxit fune عكاس *Icáſin camelum. cca.* 3, Lac cum pinguedine miſcuit cibo. *Gi.* V. Viperæ

 more

more inceſſit. VII. *Paſſ.* ÷ *Conj.* 1. *ſign.* 1. VIII. *Idem. Ca.* & *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 3. *Gi.*

عِكَاش Funis qui ab ore vel collo cameli religatur ad anteriorum pedem. *ut ita ſubigatur dometurque animal: unde dicitur* دون ذلك الامر عكاس. Impeditum id eſt negotium. *Gi.* عكاس مكاس *Micâſon*, Cum duo mutuas ex adverſo antias prehendunt. *Ca.*

عَكِيس Lac acidum liquidiori cibo affuſum. *aut* Lac recens quod affuſâ pinguedinis parte bibitur. *item* Palmes ſub terra pandatus, ita ut alterum extremum extrà promineat. *Gi.*

عَكِيسَة Obſcuræ *noctes*. Camelorũ copia. *Ca*

مَعْكُوش, *Fœm.* ة, Inverſus. præpoſterus. *Gi*

I. عَكَش *i.q.* جَمَعَ, Collegit rem. 2, Latus fuit, ruit, *in eum. cc* علي. & Cinxerunt *taurum, canes. cc* ب. 3, Telam texuit *araneus. Ca.* 4, *mediâ Keſratâ*, Contorta & congeſta in ſe fuit *coma. Gi ita* & Adolevit, ac convoluta in ſe fuit *herba*. II. Mucuit *panis. Ca* V. *i q. Conj.* 1. *ſign.* 4. *prior. Gi.* In ſe contractus fuit. & Contraxit pedes ſuos *araneus* ad texendam telam. & *i. q.* تعسر, Difficile fuit. *Ca.*

عَكِش *i.q.* جَامِع. & Criſpa *coma.* Vir nil boni de ſe proferens. *Gi.*

عَكِشَة Multis & perplexis ramis *arbor. Gi.*

عُكَّاشَة Araneus. *aut* Tela ejus. *Gi.*

عَوْكَشَة Ventilabrũ. مَعْكُوش Collectus. *Ca.*

I. عَكَص, *Fut. I, i.q.* رَدَّ, Repulit. *cca. mediâ Keſratâ*, Contumax reſtitit *jumentum. Ca.*

عَكِص Malus indole. عَكَص Indolis malitia. *Ca.*

I. عَكَظ, *Fut. I*, Coërcuit. Subegit. & jactantiorem retudit. *ccap.* II. Avertit, retinuit, *à negotio ſuo. ccap* & عن *r.* & Impedivit, interrupit, *negotium. cca.* & Summo cum ſtudio præcepit quid. III. *i. q.* مطل. *ccap.* V. Perplexum & difficile durumque fuit *negotium*. Magnum & intenſum iter fecit, *ac* procul fuit. VI. Contenderunt inter ſe, diſputarunt. & *pec.* de gloria & excellentia. *Ca.*

عُكَاظ No: fori prope Meccâ. عَكِيظ *i.q.* قَصِير. Brevis corpore. *Ca.*

I. عَكَف, *Fut. I*, *Act.* عَكْف, Detinuit aliquo loco. *cca.* & Retinuit *ab aliqua re. ccap* & عن *r. item*, *Act. quoque* عكوف, Subſtitit, commoratus fuit. & Se dedidit *rei*, atque aſſiduè operam dedit. *cc* علي *r.* Obivit *cadaver avis. cc* حول *Haula.* & In linea ſeu funiculo converſa fuit *gemma. cc* في. II. *Paſſ.* Criſpata fuit *coma.* V. *Idem.* VII. *Idem, at minùs uſitatè.* VIII. Se continuit religionis ergo, & aſſiduus fuit, *in templo. cc* في. *Gi. Ca.*

عَكِف *i.q.* عَكِش, Criſpa *coma.* عَاكِف Deditus. *cc* علي *r. Gi. Ca.*

مَعْكُوف Qui detinetur. *Gi. item* Pexus plexuſque *capillus. Ca.*

I. عَكَل, *Fut. I* & *O, i q.* جَمَعَ. *cca.* & Impoſuit invicem *ſupellectilia, ſtrata. cca.* & *i.q.* حبس, In vinculis ſeu carcere detinuit. *ccap.* Proſtravit. *ccap.* & Ligavit camelum ت᾽ ب عكال fune. *vide* عقل. & *contrà*, Propulit, compulit, *camelos. cca.* Cum ſtudio & labore verſatus fuit *in re. cc* في. Conjecit, locutuſve fuit *pro ſententia ſua. cc* ب. *Gi. Ca.* Mortuus fuit. 2, *mediâ Keſratâ*, *i.q.* عكر, *aut pro eo*, Fæculentus & impurus ab oleo evaſit *lychnuchus.* & Obſcura ac dubia fuit *ei res. cc* علي *p. Gi. Ca.* IV. *Idem, ſc. i.q.* احكل, *aut pro eo. cc* علي *p.* VIII. *Idem, ſc. i.q.* احتكل. & Cornibus petiverunt invicem *duo tauri.* & *i q.* اعتزل. *Gi. Ca.*

عَكْل *Act.* ۃ عَكَلَ *per omnia. Gi. Mar.*

عِكْل & عُكْل, *Pl.* أَعْكَال, *i.q.* لَئِيم. *Ca.*

عَكَل *Act.* ۃ عَكِلَ. *Ca.* عَوْكَل Fatua mulier. *item* Mordax lepus. *Gi. Ca.* & Vir pumilio, qui crura disjuncta, calces propinquas habet. *Ca* Arenæ multæ & aggeſtæ. *at infra* عقنقل *Akankalon. Gi. aut* talium arenarum dorſum. *item* Obſonii aut condimenti genus: *unde* عوكلي cum eo paratus *cibus.* & *Dual.* العوكلان Duæ quædam ſtellæ. *Ca.*

عِكَال *i.q.* عِقَال, *aut pro eo*. Funis quo tarſus pedis cameli cum brachio conſtringitur. *Gi. Ca.*

عَوْكَلَة Magnus arenaceus collis. *Gi.*

مَعْكَل *Act.* Detentio. Loculve ubi quis vinctus tenetur. *Gi.*

I. عَكَم,

I. عَكَمَ, *Fut. I*, Duabus ſarcinis oneravit *camelum* eas vinculis conſtringens. *cca.* Impoſuit camelo, firmavit in eo, vinculis aſtrictis, *ſarcinas, impedimenta. cca.* & Aſtrinxit *ea* in gratiam *alterius. ccga.* 2, *i.q.* انتظر, Expectavit. 3, Removit à viſitatione. *Mar. Paſſ. formâ*, Receſſit, averſus fuit, *à viſitatione noſtri. cc* عن. *item*, *uti* II: Obeſus, adipoſus, fuit evaſitve *camelus. Gi.* IV. Juvit in colligandis & aſtringendis ſuper jumento ſarcinis. *ccap.* VIII. Coæquarunt duas in jumento ſarcinas. *Gi. Ca.*

عَكْمٌ *Act.* ✝ *ſign.* 1, 2, 3. *Gi. Ca. Mar.*

عِكْمٌ, *Dual* عِكْمَانِ, *Plur.* عُكُومٌ & أَعْكَامٌ, *i.q.* عدل *Idlon*, Dimidia pars oneris, *ſcil.* ſarcina una: *quales binæ ſingulis imponuntur jumentis. item* Repoſitorium, loculus, ubi res ſuas pretioſiores recondit mulier. *Gi. item*, *Plur.* عكوم, *i.q.* كارة. & *i.q prox. ſeq. Ca.*

عِكَامٌ Funis quo colligatur ſarcina onusve. *Gi.* & Quo pedem cameli ad collum adſtringunt. *Meid.*

مَعْكَمٌ *i.q.* مَعْدِلٌ. *at* مِعْكَمٌ Compactæ multæque carnis *vir. Gi.*

عَكْمَزٌ, عَكْمُوزٌ, عُكْمُوزٌ, & *duo poſteriora etiam cum* ة, Mulier carnoſo compactoque corpore, ac ſucci plena. *item* tale membrum virile. *Ca.*

Q. عَكْمَسَ *i.q.* أَظْلَمَ, Obſcura fuit *nox. Gi.*

عُكَامِسٌ & عُكَمِسٌ Multi cameli. *Gi. aut* ferè mille numero. *Ca. item poſterius* Tenebroſa *nox. Gi.*

عَكَمُوسٌ *i.q.* حِمَارٌ, Aſinus. عُكَمِصٌ *i.q.* دَاهِيَةٌ. & *Adject.* Carnoſus. *Ca.*

V. تَعَكَّنَ Præ obeſitate in ſe plicatus fuit *venter. Gi.*

عَكَنٌ Multi cameli. عِكَانٌ *i.q.* عُنُقٌ, Collum. *Ca.*

عُكْنَةٌ, *Plur.* عُكَنٌ & أَعْكَانٌ, Plica ac ruga ventris ex obeſitate. *Gi. Meid.*

مُعَكَّنَةٌ & عَكْنَاءُ Ventrem ex pinguedine in ſe complicatum ac rugoſum habens *puella.* & *prius* Craſſa *camela. Ca.*

عَكَنَانٌ & عَكْنَانٌ Multa & copioſa *pecora, opeſve. Gi. Ca.*

I. عَكَا, *Act.* عَكْوٌ, In nodum colligavit *caudam equi. cca. vide* عَكْوَة. & Religavit *comam ſuam*, nec demiſit, *mulier. cca. Gi.* Magnum *femoralibus ſuis* in ſuperiore parte ſinum, aut *amiculo* ibi ſpiram fecit, *ſc.* من حُجْزَة, *quod ſuo loco vide. cc* ب. Aſcendit *fumus.* Inivit *admiſſarius camelam. cca.* Compegit *eum in ferrum*: *ſc. compedes aut vincula ferrea. ccap* & في *r. Ca.* Obeſi & craſſi fuerunt *cameli* & *i.q.* عطف, Propicius & benè affectus fuit *in ſuos. cc* على *p. Gi.* II. Obligavit recenti nervo, de quo in عكوة, *haſtam gladiumve ſc.* in capulo. *cc* على. *Ca.*

عَكْوَةٌ & عُكْوَةٌ, *Pl.* عُكًى, Principium ſeu radix caudæ equinæ, quâ parte pilis nuda eſt. *etiam* Radix linguæ. & Craſſior majorque rei cujuſque pars. *item* Nervus cujus fiſſi partes contorquentur. & *i q.* حُجْزَة *quod videſis. Gi. Ca.*

عَكْوَاءُ *Fœm.* ك أَعْكَى, *pec.* Poſticam partem albicans, cæteras nigricans, *ovis. Gi.*

أَعْكَى Durâ ac craſſâ caudæ radice præditus *equus.* & Utroque latere craſſus. *Gi.*

مِعْكَاةٌ Pingues & craſſi *cameli. Gi.*

I. عَكِيَ, *Act.* عَكْيٌ, Craſſum fuit *amiculum præcinctoriumve* quâ parte in medio corpore aſtringitur. Mortuus fuit *Zeidus.* IV. *Idem.* VIII. *i.q.* اوثق. *Ca.*

عَكِيٌّ Lac ovinum cui ſupermulgetur aliud recens, ut coëat & craſſeſcat. *Gi.*

عَاكٍ Mortuus. & *Pl.* عِكْوَةٌ, Qui lac illud عكي vendit, eique bibendo deditus eſt. *Ca.*

I. عَلَّ, *Fut. O & I*, Bibendum dedit ſecundâ vice, poſt priorem hauſtum. *ccap. vide* نهل. 2, Hoc modo ipſe bibit. Loco alterius rei fuit lactavitve *res.* II. Bibit iterum iterumque. & ita carpſit fructus. Conſequentibus & iteratis ictibus percuſſit *alium cca.* 2, Demulſit, lactavit ac leniter quietavit, *re aliquâ* quæ alterius eſſet loco. *ccap* & ب *r. ut infantem, cùm à lacte traducendus ad ſolidiorem cibum. Gi.* 3, Cauſavit, ut cauſa effecit. *cca.* III. Mulcta fuit *camela*: ita uti in علالا *Olalaton dictum. Ca.* IV. Camelos habuit ita bibentes, uti Conj. 1. ſig. 1. dictum fuit. *item, pro quo* & اغل *ſeu* اغلّ *quidam uſurpant*, Deduxit ab aqua *camelos* ante expletam ſitim. *cca.* Debilitavit, morbo affecit, *eum Deus. ccap. vide* علة *Illaton.* V. *Paſſ.* ✝ *Conj.* II. *ſign.* 2.

ſign. 2. aut ſe ipſum lactavit. *cc* ب r. VI. Ultimò incedendi conatu adhibuit, poſtremâ continuandi itineris potentiâ quaſi exhauſit, *camelum. cca. vide* علالة *ſeq.* VIII. *i q. Conj.* V. Debilis *&* ægrotus fuit. اعتل عليه بعلة *&* اعتله Avertit divertitque eum ab inſtituto ſuo. *item* Cauſam & prætextum *in eum* quæſivit. *cc* علي *p. Gi.*

عَلّ *Act.* τῆς *ſign.* 1 *&* 2. *&* Ricinus extenuatus, *ſcil. inſectum. &* Vir illi quaſi ſimilis, parvus corpore & ætate confectus. *Gi. contrà*, Ricinus craſſior. *&* Corpulentus caper, *aut* camelus. *Ca.*

عَلَّ, لَعَلَّ, عَلْعَلَّ, Forſan, *in ſpe aut metu.* عَلِّي & لَعَلِّي ; عَلَّكَ, *&* Singula hæc tria cum ل *præfixo*, Fortè ego; fortè tu. *Gi.*

عَلَل *Act.* τῆς *Conj.* I. *ſign.* 2. *&* Illud potationis genus. *Ca.*

عَلِيل Debilis. Ægrotus. morbo affectus. *Gi.*

عَلَّة *Pl. ſan.* No: vicis τῆς عَلّ. *Gi. item* Noxa. *Ca.* بنو العلات Ex diverſis mulieribus ſuſcepti patris unius liberi. *quòd alià poſt aliam conjuge uſus fuit. Gi.*

عِلَّة, *Pl. ſan. &* عِلَل, Morbus. *&* Accidens, cauſa, *pec.* levior, aliquem abducens à propoſito. *Gi.* Prætextus. بعلة Per ſpeciē. *Matt.* XXIII, ℣ſ. 13. علي كل حال *i.e.* علي علاته Quocunque caſu ac ſtatu. *Gi.*

عُلِّيَّة. *etiam* عِلِّيَّة. *Plur.* عَلَالِي, *i. q.* غُرْفَة, Cænaculum. *ab* علي: *item, uti &* عليين *Illina*, Proceres, ſuperiores, *populi. Gi. Ca.*

عُلَالَة Res quâ quis lætatur, ab aliave divertitur. *item* Reliquiæ cujuſque rei. *pecul.* lactis, *&* curſus equini. *&* Mulctra inter duas alias: *ut meridiana inter matutinam ac veſpertinam. Gi. Ca.*

عَلِيلَة Mulier iterum atque iterum, frequenter, ſe odoribus imbuens. *Ca.*

مُعِلّ Ægrotus, æger. *Ca.* مُعْتَلّ Debili literâ, و vel ي, conſtans *dictio. Zjar.*

مُعَلِّل Dies quidam ex brumalibus, qui العجوز dicuntur. *quòd tum frigus levare rebus aliis omnes ſtudent. Gi.*

تَعْلِيل *Act.* τῆς *Conj.* II. Cauſalitas. *Zjar.*

مَعْلُول Demulſus. *& minus rectè pro* مُعِلّ, Morbo affectus. *Gi. Ca.*

تَعِلَّة *Nomen ſeu Act.* τῆς *Conj.* II. *ſign.* 2. *Gi.*

يَعْلُول, *Plur.* يَعَالِيل, Nubes ſupra aliam elata. Bulla in ſuperficie aquæ. *Gi.* Nubes alba. *&* Pluvia pluviæ ſuccedens. *&* Camelus gemini tuberis. *Ca.*

II. Q. تَعَلْعَلَ *i.q.* اِضْطَرَبَ *&* اِسْتَرْخَي. *Ca.*

عَلْعَل *&* عُلْعُل Infima ac prominentior pars ſterni. *vide* رهابة. *&* Membrum virile. *item* Mas avis quæ قنبرة *Konbáraton vocatur. Gi. Ca.*

عَلْعُول Malum continuum. Tumultus, commotio. Pugna. *Ca.*

I. عَلَبَ, *Fut. O*, Factâ impreſſione ſignavit, notavit. *&* Scalpſit. Secuit. *cca.* 2, In collum cameli ejuſve nervum direxit acutiore parte *gladium. cca. vide* علباء. *Gi. Ca.* 3, *Fut. O, ac mediâ Keſratâ, Fut. A*, Firma ac dura fuit *caro. Gi. & contrà*, Corrupta fuit cœpitque fœtere *caro. Ca. item* Craſſa & dura evaſit *herba.* 4. *mediâ Keſratâ, & formâ Paſſivi*, Laboravit ex utroque colli latere. *vide* علباء. 5, *mediâ Keſratâ*, Confectus ætate durâque carne fuit *caper, lacerta Lybica. Gi. &* Crenatim ruptâ acie fuit *enſis. Ca.* II. *i q. Conj.* I. *ſign.* 1. *cca. Gi.* X. *i. q. Conj.* I. *ſign.* 3. *ſc.* Fœtuit corrupta *caro. Ca.*

عَلْب *Act.* τῆς *ſign.* 1 *&* 2. *item, Plur.* عُلُوب, Veſtigium. ſignum impreſſum. *&* Locus ſalebroſus. *Gi.*

عِلْب, *Pl.* عُلُوب, Vir de quo nil boni expectatur. *&* Locus quem nulla fœcundat pluvia. *&* Locus producens alenſque lotos arbores. *Ca.*

عَلَب *Act.* τῆς *ſign.* 3 *&* 5. عَلِب Ætate confectus durâque carne *caper. &* talis lacerta. *Gi.*

عِلَاب Signum impreſſum per longitudinem colli. *Gi.*

عُلْبَة, *Pl.* عُلَب *&* عِلَاب, Mulctrale, ſimileve vas capacius, ex corio camelino *vel* ligno. *Gi. Ca. ita &* Capſa ex tenuiore ligno facta *vulgo dicitur. Aſiat. item* Palma longa. *Ca.*

عِلْبَاء, *Pl.* عَلَابِي *&* عَلَابِي, Magnus nervus ſeu tendo colli, utrinq; unus: *è quorum medio enaſcitur juba. unde* تشنج علباء الرجل Conſenuit vir. *Gi.*

علابي

عَلَابِيٌّ Plumbum, ejuſve ſpecies. *Ca.*

III. Q. إِعْلَنْبَي, *Act.* إِعْلَنْبَاءٌ, Erexit ſe in pedes, ut quaſi immineret aliis. *ita uti in litigando & conviciando fit.* & In collo pilos erexit *canis*, plumas *gallus*: *prout facere irritati ſolent. Gi. vide* علباء *præc.*

مُعَلَّبٌ, *Fœm.* ة, Per longitudinem colli ſignatus *camelus. Gi.*

مُعَلِّبٌ Qui mulctralia capſaſve conficit. *Ca.*

مَعْلُوبٌ *i.q.* لَاحِبٌ, Aperta & conſpicua *via. Gi.*

عُلَبِطَةٌ, عُلَابِطٌ, عُلَبِطٌ, Grex ovium. *item duo prima* Corpulentus. *Gi.*

I. عَلَثَ, *Fut. I, Act.* عَلْثٌ, Miſcuit. *cca. pec.* triticum cum hordeo. *vide* عليث. *Gi. item* Collegit. & Depſuit ac concinnavit *utrem* τῷ ارطى. *cca. & Intranſ.* Fefellit, ignem non emiſit, *igniarium.* IV. Cepit *igniarium ex arbore*, neſciens igni emittendo idoneum eſſet nec ne. *cca* & من. *Eſt autem Arabibus pro igniario lignum, cujus attritu excitatur ignis. de quo vide in* درك & تخمل, تعلف & مرخ, زند. V. *i.q.* الاحكام. VIII. *i.q. Conj.* IV. *cca. Gi. Ca.* & لم يتخير منكحه *i.e.* يعتلث الزنان Nullo delectu uſus fuit ad congreſſum. *Gi.*

عَلَثٌ Vehementia & conſtantia pugnæ. *Gi.*

عَلِثٌ Qui alterius, quam patris ſui, filius dicitur. *Ca.*

عَلِيثٌ *i.q.* غَلِيثٌ, Triticum hordeo mixtum. *Gi.* ſeu ex eo panis. *Ca.*

عُلْثَةٌ *i.q.* عُلْقَةٌ, *aut pro eo. Ca.* عُلَاثَةٌ, Miſcella duarum rerum. *pec.* ex oxygala ſicca اقط dicta & butyro. *Gi.*

أَعْلَاثٌ Res permiſtæ, non diſcretæ aliquo ſelectu. *pec.* talia ligna igniaria: *præſertim* ex arbore مرخ *Marchin. Gi.*

I. عَلَجَ Vicit, ſuperavit. *cca.* III. Tractavit *rem, negotia. etiam* concinnando, medicando. *cca.* Strinxit, contrectavit *rem.* & Certavit *cum alio* uter vinceret. *cca. Gi.* VIII. Certarunt inter ſeſe luctando ac pugnando. Quaſſatæ inter ſe fuerunt *undæ*. Herbis luxuriavit *terra*. *pecul.* τῇ علجان *Alazjânin.* X. Craſſa evaſit *cutis. Gi. Ca.*

عِلْجٌ, *Pl.* عُلُوجٌ, أَعْلَاجٌ, عِلَجَةٌ, مَعْلُوجَاءُ, Qui à Barbaris tranſit ad Arabes. Proſelytus. *etiam* religionis ergo. *item* علج, *i.q.* عير *Airon.* Aſinus. Onager: *pec.* corpulentus & obeſus. *Gi.* *Mar.* Panis craſſiore latere. *Ca* علج مال *i.e.* ازاء مال Qui curat opes gregeſve. *Gi.*

عَلَجٌ Genus palmæ minus ac ignobilius. *Gi.*

عَلِجٌ, عُلَجٌ, عُلَّجٌ, Firmus ſolidusque *vir*, & res bene tractans. *Gi. Ca.*

عَالِجٌ Camelus depaſcens عَلَجَانَ herbam. *Gi.*

عِلَاجٌ *Act.* ♣ *Conj.* III. *Gi.* & Medicina. *Meid.*

عَلْجَنٌ *cum* ن *ſervili*, Camelæ duræ compactæque carnis. *Gi.* & Mulier non curans quid dicat faciatve. *Ca.*

عَلَجَانٌ Vacillatio camelæ. *Ca.* & Nom. herbæ. *Gi.*

عَلَجَانَةٌ Pulvis à vento congeſtus circum arboris radicem. *Ca.*

مُسْتَعْلِجٌ Craſſiore *cute corporiſve habitu* præditus. *ccg. Gi.*

مُعَلْهَجٌ, *cum* ه *ſerv. i.q.* هَجِينٌ, Natus patre libero ſeu generoſo, at matre ſerva ſeu ignobili. *Ca.*

عُلْجُومٌ, *Pl.* عَلَاجِمُ, Validus ac robuſtus camelus. *aut* præſtantior. *item* Rana mas. Aqua multa profundiorque. & Obſcuritas noctis. *Gi. Ca.*

عَلْجَنٌ, عَلَجَانٌ, عَلَجَانَةٌ, *vide in* علج.

I. عَلَدَ Durus ac validus fuit. XIII. *Idem.* & *i q.* رزن *Razuna*, Gravis conſtanſque fuit *vir. Ca.*

عَلْدٌ Durus. & Nervus colli. *Gi. Ca.*

I. Q. عَلْوَدَ Firmus hæſit, loco immotus. *Ca.*

عِلْوَدٌ Magnus. *Gi. item* Dominus gravis & conſtans. & *cum* ة, Haud obſequentes, niſi ſtimulis adacti, *equi.* & Annoſi valde ac decrepiti *cameli. Ca.*

عَلَنْدَي & عِلَنْدَي, *Pl.* عَلَانِدُ, Craſſus & corpulentus, *de quavis re. Gi. at ſecundum de viro. Gi.* & *Coll. Nom. Unit. cum* ة, Species arboris ſpinoſæ. *Ca.*

III. Q. إِعْلَنْدَي Corpulentus & validus fuit *camelus*. *Gi.*

I. عَلِزَ Avidus fuit. *Ca.* & Præ ægritudine corporis animive inquietus & impatiens fuit. IV. *Tranſ.* & *i.q.* اعجز, *aut pro eo. cca. Gi. Ca.*

عَلْزٌ *Act.* عَلِزٌ *Ag.* عِلَّوْزٌ *pro* عِلَّوْصٌ, Dolor ventris. *Gi. item i.q.* بطر غليظ. & Furor. *ac* Repentina mors. *Ca.*

I. عَلَسَ, *Fut. I*, Bibit editque, aut guſtavit. *cca.* II. *Tranſ. ccap.* & *Intranſ.* Invaluit *morbus. Gi. Ca.*

عَلْسٌ *Act.* & Cibus potuſve. *Ca.*

عَلَسٌ Ricinus, *inſectum*, craſſior. *etiam* de viro. *item* Tritici genus bicoccon, *quale in Arabia naſcitur. Gi.* Phænix herba. *Meid.*

عَلُوسٌ & عُلاَسٌ, *at huic ſæpe* لَوُوسٌ *ſubnectitur*, Res, aliquid: *præſertim* edule. *Ca.*

عَلِيسٌ Res aſſata cum cute. *Gi.*

عَلَسِيٌّ *i.q.* شَدِيدٌ, Validus duruſque *vir. Gi.* & Species plantæ, cujus flos iridi ſimilis. *Ca.*

مُعَلَّسٌ *i.q.* مُجَرَّبٌ, Expertus & rerum uſu ſubactus *vir. Gi.*

II. عَلَّصَ Malè affecit *ſtomachi gravatio.* III. *i.q.* ضارب. *cca.* VII. Parum, paucâ quantitate, cepit. *cc* من *p* & *car. Ca.*

عِلَّوْصٌ Morbus ventris. *Gi. aut* Gravatio ſtomachi. *Ca.*

عَلْصَةٌ Pauca quantitas. *Ca.*

I. عَلَطَ, *Fut. O*, *Act.* عَلْطٌ, Notâ per tranſverſum collo impreſſâ ſignavit *camelum. cca.* 2, Petivit *eum ſagittâ. ita & malo, i.e.* mali quid, aut in malam partem, de eo locutus fuit. *ccap* & ب *r.* II. *i.q. Conj.* 1. *ſig.* 1. *cum multitud. ſignif. cca.* & Dempſit de collo *vinculum. cca. vide* علاط. *Gi.* IV. *i.q.* بادكر. *cca.* VIII. Litigavit. *ccap vel c* ب *p. Ca.* XIII. Appendit quid de collo *cameli*, eove ornavit *camelum. cca. Gi.* &, Inequitavit *ei* ſine habena. *cca. Ca. Mar.* & *i.q.* حبس, لزم, اخذ. *cca. Gi. Ca.* & Se applicuit *ad negotium idve* aggreſſus fuit. *pecul.* inconſideratè. *cca. Ca.*

عُلُطٌ, *Plur.* أَعْلاَطٌ, Habenâ carens *camela*: *aliis* colli notâ. *Gi. item* Breves *aſini.* & *contrà* Longæ *camelæ. Gi.*

عِلاَطٌ, *Pl.* أَعْلِطَةٌ, Vinculum colli camelini. & Nota collo (per cauterium *Meid.*) impreſſa per tranſverſum: *uti* سطاع *Sithâon* nota per longum ſignata. *Gi. item, Dual.* علاطان, Latus colli. *Gi.* & Torques nigrior columbæ. *item* Lis. Malum, malignitas. *Ca.*

عُلْطَةٌ *i.q.* قِلاَدَةٌ, Colli vinculum *vel* ornamentum. *Gi. item* Nigrum quid in facie mulieris ſignatum, *ſc.* ad gratiam. *Ca.*

إِعْلِيطٌ Folia ✝ مَرْخٍ arboris. *aliis* Loculus cortexque fructuum ejus. *Gi. aut* Folia arborum decidua *in genere. Ca.*

عَلْطَبِيسٌ Lévis, nitidus & reſplendens. *Gi.*

عِلْطَوْسٌ Agilis, *aut* præſtans *camela. Gi.*

I. عَلَفَ Pro pabulo *paleam*, *etiam* pro potu *aquam*, præbuit *jumento*, *iiſque* nutrivit *illud* pavitque. *ccga. Gi.* II. Pabulo bene nutrivit. 2, Siliquas ſuas produxit *acacia*, *ſeu potius* lapſis floribus fructuum rudimenta ferre cœpit. IV. *i.q. Conj.* II. *ſign.* 2. *priore.* X. Pabulum expetivit: *pec.* hinnitu *equus. Ca. vide* حمحم.

عَلْفٌ *Act. Gi.* & Potus multus. عِلْفٌ Qui multum vorat. *Ca.*

عَلَفٌ, *Pl.* عِلاَفٌ (*etiam* عُلُوفٌ & أَعْلاَفٌ *Ca.*) Pabulum. *Gi.*

عُلَّفٌ *Coll.* عُلَّفَةٌ *Unit.* Fructus acaciæ, ſimiles fabis: *ut quibus aluntur cameli. Gi.*

عَلاَّفٌ Qui pabulum vendit. *Gi.* عِلَّوْفٌ Decrepitus ſenex. *Ca.*

عَلُوفٌ Senex aridus. *Gi.* is inſipiens. *Mar.*

عَلِيفٌ *i.q.* مَعْلُوفَةٌ Pabulo nutrita, paſta. *Ca.*

عَلُوفَةٌ & عَلِيفَةٌ Quæ τοῖς عُلَّفٍ nutritur *camela, ovis. Gi. item*

عَلُوفَةٌ, *Plur.* عُلْفٌ & عُلُفٌ, Quod pro pabulo præbetur jumento. *Ca.* & *Metaphor.* Stipendium: *pec.* militis. *Hiſtor.*

مَعْلَفٌ, *Plur.* مَعَالِفُ, Locus ubi pabulum præbetur: *pec.* Stabulum, præſepe. *Gi.*

مِعْلَفٌ *Idem. Gi.* & Saccus pabulatorius, qui cum pabulo appenditur jumentis de collo. *Tim.*

مُعَلَّف, *Fœm.* ة, Saginatus. مَعْلُوف, *Fœm.* ة, Pabulo paſtus nutrituſque. *Ca.*

I. عَلَقَ, *Fut. o*, Depaſtus fuit, *pecul.* ex ſumma arbore folia decerpens, *camelus.* & ore ſtringens, quaſi ſuſpenſus, avulſit. *ccar.* Dependit. Adhæſit. *cc* ب. 2, *mediâ Keſratâ Idem.* & Affecit. *cc* ب *p.* Suſpenſus manſit *in laqueo dorcas. cc* في. Propenſus *in aliquem*, amore *ei* addictus, fuit. *cc* ب *p.* & Amavit *eum. cc a p*, *vel c* ب *p. item* Hæſit, infixuſque fuit, *ejus animo puellæ amor. cc* ب. Adhæreſcentem mento hirudinem in aquæ potu offendit habuitque *camelus. vide* علقة *Alákaton ſeq.* 3, *mediâ itidem Keſratâ*, Concepit, gravida fuit *mulier.* علق يفعل كذا *i.q.* طفق, Inſtituit, geſtivit, facere hoc. *Gi. Ca.* II. Suſpendit. *ccar* & ب. Miſit *cum eo* عليقة, *i.e.* camelum qui commeatum adveheret. *cc* مع *p* & *ar.* & *Paſſivi formâ*, Captus amore, ſuſpenſus, addictuſque fuit *mulieri. cc a p.* & Suſpenſus fuit. *cc* ب *r.* IV. Appendit affixitque *funem funi. cca* & *c* ب. Immiſit infixitque *ungues, &c. in rem. cca* & في *r.* & *abſolutè*, Pendulam laqueoque inhærentem habuit prædam. Anſa ſeu loro, ex quo quid ſuſpendi poſſit, inſtruxit *arcum. cca.* Suſtulit *propendulam uvulam infantis manu ſua mater. ccar* & من *p. vide* اعلاق. *item*, اعلق وافلق &, Venit ingenti cum malo & infortunio. *vide* علق *Olakon.* V. Suſpenſus fuit, pependit *ex eo. cc* ب *vel c a.* & Deditus, addictus, affixus fuit *rei. cc* ب. & *Tranſ. i.q. Conj.* II. Suſpendit *rem. cca.* VIII. Amavit. *ccar. Gi.*

عَلْق *Act.* τῆ *ſign.* 1. *Gi* & *Perſ.* شَكْلَدْ جَامَهْ, Pars veſtis adhærendo rupta. *Meid.*

عِلْق Res præſtantior & pretioſior. *pecul.* Vinum. *Gi.*

عَلَق *Act.* τῆς *ſign.* 1 & 2. *item* Quicquid ſuſpenditur aut ſuſpendi poteſt. Ex quo ſuſpenditur trochlea. *Gi.* Trochlea cum omnibus quæ ad eam ſpectant. *Meid.* Superiora, ut arboris folia, ad quæ pertingere camelus poteſt. Quodque *illi* ſatis eſt ad ſuſtentandam vitam. *item* Quod adhæret, *uti* manui: *ſic* tenacius lutum. *ita* Craſſior & concretus ſanguis. *etiam* Amor ac affectus, quo quis adhæreſcit rei. taliſque lis ac contentio. & *i q.* حامل, Mulier gravida. *item Pl.* ة علقة *Alákaton* Sanguiſugæ. *Gi. porrò* عرق القربة *pro* علق القربة *Arako*, Adverſitas, malum. *Gi. Ca.*

عَلِق Qui nulli non adhæret, ut quid petat. *Meid.*

عُلُق Agmen copioſum. & *Pl.* ة عُلْقَة. & *Diptoton, ferè* τῷ فلق *Fuleko ſubſequente*, Ingens infortunium prodigiumve. *Gi.*

عَالِق Qui τῷ عَلَقِي paſcitur *camelus*, *aut* qui altiores longioreſve ſpinarum partes, quaſi de iis ſuſpenſus, depaſcitur, *camelus. Gi.*

عَوْلَق *i.q.* غُول. *item* Appendix. & Avidè marem appetens, libidinoſa, *catula. Gi.*

عَوَالِق *Pl.* ة عَالِق, Summa plantarum depaſcentes *cameli vel capri. Gi.*

عَلَاق Paſcuum pecori ſufficiens. & Aliquid. *pec.* reliquum lactis in ubere. *Gi.*

عَلُوق Res appenſa homini. Quod depaſcitur camelus: *pec.* ex alto, *ſeu* arbor cujus folia ramoſque carpit. Aliquid lactis *non eſt in camela.* & Potatio lactis. *item* Semen genitale viri. Embryo: quodve utero conceptum. *vide Conj.* 1. *ſign.* 3. *item* Mors. *etiam* Camela cujus excitatur amor in alienum pullum, ut lac emittat: ſed quæ, ubi non conſpicuum ex odore cognoſcit, alienior reddita, lac ſuum retinet. *Gi.*

عُلُوق *Act.* τῆ *ſign.* 2. *Gi.* عُلَّيْق Rubus. عُلَيْق *i.q.* قضيم *Kadimon. Gi.*

عِلْقَة *quaſi Nom. Vnit.* ة عِلْق, *pecul.* Veſtis pretioſior. & *pecul.* prima quæ paratur puellæ. *Gi.*

عُلْقَة *i.q.* عَلَق, *ſc.* Ad quod pertingere poteſt jumentum. & Aliquid, pars rei. *Gi.*

عَلَقَة Pars ة عَلَق, *i. e.* craſſi concretique ſanguinis. & Hirudo, ſanguiſuga. *Gi.*

عَلْقَي *Sing.* & *Plur. at Nom. Vnit.* عَلْقَاة, *Fœm.* Nom. herbæ. *Gi.* ſpinoſæ. *Meid.* Species ericæ. *Ca.*

عَلَاقَة Affectus ſtudiumque animo fixum. *pecul.* litigii, *vel* amoris, *vel* artis ac profeſſionis. 2, Quod ſatis eſt ad ſuſtinendam vitam. *Gi. Ca.*

عِلَاقَة, *Pl.* عَلَائِق, Lorum, aut ſimile, quo quid ſuſpenditur, vel ſuſpenſum tenetur, *ut ſcuticæ, arcus, &c. Gi.* & Fixus animo amor. *Ca.*

عَلَّاقَة *Idem. ſign.* 1. & Semen genitale. *Gi.*

عَلَاقِيَة Deditus *vir* affixuſque rei à qua avelli nequit. *Gi.*

عَلِيقَةٌ, *Pl.* عَلَائِقُ, *i.q.* عَلَاقَةٌ *ſign.*1. *Ca. item* Camela quam quis cum hominibus mittit ad comparandum commeatum. *Gi.*

مِعْلَقٌ, *Pl.* مَعَالِقُ, Mulctrale parvum. *Gi.*

مُعَلَّقٌ Suſpenſus. Pendens. Amore captus. *Gi.* & Patens, apertus. *Mar.*

أَعْلَاقٌ *i.q.* ذُعْرٌ, Terror. & Hirudinum immiſſio in locum, unde ſanguinem exſugant. & *Pl.* علقِ ‏*ilkon. Gi.*

مُعَالِقٌ *i.q.* عَلُوقٌ *ſign. ult. Gi.*

تَعْلِيقٌ Suſpenſus character, ſcripturæ genus Perſicum, reſpondens Rabbinicæ. *Afr.*

مِعْلَاقٌ & مَعْلُوقٌ Quicquid ſuſpenditur. *pec.* ad conſervandum: *ut carnes, uvæ. Gi. prius i.q. Perſ.* دربند *Derbend. Meid. item* Id quo vel de quo aliquid ſuſpenditur. *Gi. item* Lingua *Ca.* ذو معلاق Vehemens linguâ & diſputatione. *Gi. Ca.*

مُتَعَلِّقٌ, *oppoſ.* τῷ مُتَأَنِّقٌ, Qui tantum habet quod ſufficiat vitæ ſuſtentandæ. *Gi. item* Deditus addictuſque *rei. c c* ب. *Aſi.*

مُعَلَّقَةٌ Mulier cujus deſideratur conjunx. *Gi.* Quæ nec habet maritum nec eo caret. *Meid. quaſi quæ ſuſpenſi eſt animi.*

مِعْلَاقَةٌ Quo hæret quid, ut avelli non poſſit. *Gi.*

عَلْقَمٌ Colocynthis. & Res amara omnis. *Gi.* & Aqua amariſſima. *Ca.*

عَلْقَمَةٌ Amaritudo. & Indere amara cibo. *Ca.*

I. عَلَكَ, *Fut. O & I, Act.* عَلْكٌ, Maſticavit *maſtichen.* Mandit *frænum equus. c c a. vide* لاك. *Gi. Mar.* II. Bene concinnavit depſendo *utrem. c c a.* Rectè adminiſtravit *opes. c c a.* علك يديه علي ماله Compreſſit, roſit, præ avaritia manus ſuas. *Ca.*

عِلْكٌ, *Plur.* عُلُوكٌ, Reſina arboris, lentiſci, pini, juniperi, &c. quæ maſticari poſſit. *Gi.*

عَلِكٌ *i.q.* عَوْلَكٌ *ſeq. Ca.* عَلِكٌ & عَالِكٌ, Durior, tenax, & maſticabilis *cibus. Gi. Ca.*

عَوْلَكٌ, *Plur.* عَوَالِكُ, Vena uteri. & Vena demerſa in vulvæ equinæ, aſininæ, ovinæ, interiore parte. *Gi.*

عَلَاكٌ & عُلَاكٌ Maſticabilis res. Aliquid. *Gi. Ca.* & *i.q.* عولك *præc. Gi.*

عَلَّاكٌ Qui عِلْكًا venundat. *Ca.*

عَلَكَةٌ Camela obeſa & pulchra. *Ca.*

عَلِكَةٌ *i.q.* شَقْشَقَةُ ٱلْجَمَلِ. & Terra propinquam habens aquam. *Ca.*

إِعْلَنْكَكَ *i.q.* إِحْلَنْكَكَ, Luxuriavit & denſior ſeu collecta fuit *coma. Gi.*

III. Q. إِعْلَنْكَسَ Atra fuit *coma.* مُعْلَنْكِسٌ, Nigra admodum, picea, *coma. Gi.*

I. عَلَمَ, *Fut. O & I*, Signavit. *c c a. Ca.* 2, *Fut. I*, Fidit in ſuperiore labio. *c c a p.* 3, *Fut O*, Scientiâ ſuperavit *alium. c c a p. vide Conj.* III. 4, *mediâ Keſratâ, Fut. A*, Scivit. *c c a & c* ب *r.* Scientiâ polluit. 5, Superiore labio fiſſus fuit. *vide* اعلم *poſt.* II. *Tranſ.* τῆς *ſign.* 4. Scientem effecit. *c c a p.* Docuit. *c c g a.* III. Certavit *cum alio* de ſcientia. *c c a p.* IV. Certiorem fecit, ſignificavit, edocuit. *c c g a. aut c c a p &* ب *r.* Certâ notâ *pannum* ſignavit *lotor, fullo*; & inſtitâ *textor. c c a.* & In pugna *equum ſuum* ſigno inſignivit *eques. c c a. ut diverſi coloris appensâ lanâ, &c.* & *abſolutè poſitum*, Semet ſtrenuitatis ſigno notavit *eques.* V. Doctus fuit, didicit. Scivit. *c c a r. etiam* Docuit, certiorem reddidit. *c c a p.* VI. Simul ſciverunt, cognoveruntque omnes. *c c a.* X. Deſideravit voluitque ſcire, percunctatus fuit. *c c g a. Gi.*

عَلْمٌ *Act.* τῆς *ſign.* 1, 2, 3 *Gi. Mar.*

عِلْمٌ *Act.* τῆς *ſign.* 4 & 5. &, *Pl.* عُلُومٌ, Scientia. *Gi. Mar.*

عَلَمٌ, *Plur.* أَعْلَامٌ, Signum. *pec.* collimitaneum: & tenendæ viæ. Vexillum. *item* Inſtita, ora panni, quæ colore diſtincta ſit ab aliis partibus. Fiſſura in ſuperiore labio; *aut* in alterutro angulo. *Gi. Ca.* & Nom. proprium rei. *Gramm.*

عَالَمٌ, *Plur.* عَالَمُونَ & عَلَالِمُ, عَوَالِمُ. *Hebr.* עולם, Seculum. Mundus. & Res mundo contentæ: creaturæ. *pecul.* homines. رب العالمين Deus Zebaoth, *i. e.* exercituum. *Gi.*

عَلِيمٌ & عَالِمٌ, *Plur.* عِلَامٌ, عُلَّامٌ, عُلَمَاءُ, عَلِيمٌ, Sciens, ſapiens. *Ca.*

عَيْلَمٌ, *Pl.* مَعَالِيمُ, Puteus multæ aquæ. *item* Mollis adoleſcens. *Gi.*

عَلَّامٌ *ceu Act.* τῆς *Conj.* II. & *i.q.* عَلَّامَةٌ: *Ca.*

عُلَّامٌ

عُلَامٌ Niſus, eive ſimile genus accipitris. *Gi.*

عُلَامٌ *i.q.* جِنَّآءٌ, Cyprus. *Gi. i.q.* عَلَّامَةٌ. *Ca.*

عَبْلَامٌ Mas hyænæ. *Gi.* عَلَمَةٌ & عُلْمَةٌ *i.q.* عَلَمٌ, *ſcil.* Fiſſura in ſuperiore labio; *aut* in alterutro latere. *Gi.*

عِلْمِيٌّ Ad ſcientiam pertinens, theoreticus. *Gi. Mar.*

عَلَامَةٌ, *Plur.* عَلَامَاتٌ & عِلَامٌ, *i.q.* عَلَمٌ, *ſcil.* Nota impreſſa. Signum, *pecul.* collimitaneum. & Signum erectum viæ, cippus. *item* Vexillum. *Gi. Ca.*

عَلَّامَةٌ, *cum Teſdid hyperboles,* تِعْلِمَةٌ, تِعْلَامَةٌ, Vir admodum doctus & ſapiens. *Gi. Ca.*

أَعْلَمُ, *Fœm.* عَلْمَآءُ, In ſuperiore labio fiſſuram habens. *Gi.*

مَعْلَمٌ, *Plur.* مَعَالِمُ, Veſtigium ex quo quid agnoſcitur: *pecul.* quo quis dirigitur in via. *Gi. Ca.*

مُعْلِمٌ, *Fœm.* ةٌ, Notâ ſignans veſtes. & Qui ſe ſtrenuitatis ſigno exornat in bello. *Gi.*

مُعَلِّمٌ & مُتَعَلِّمٌ, Docens. & Diſcens. & *prius* Præceptor, magiſter: *etiam* opificii. *Afr.*

مَعْلُومٌ, *Fœm.* ةٌ, Cognitus. Certus. Suntque الايام المعلومات Decem dies menſis Dulhazzjæ. *Gi.*

مُعَلَّمَةٌ Canis venaticus. *Meid.*

أُعْلُومَةٌ *i.q.* عَلَامَةٌ, Impreſſa nota. *Ca.*

I. عَلَنَ, *Fut. O & I.* & عَلِنَ & عَلُنَ, Palam evaſit, vulgata & publica fuit, *res.* III. *i.q.* جاهر, Palam *illi* fecit egitve *cum eo, vel* alter cum altero. *ccap.* IV. *Tranſ.* & *ſig.* 1. Manifeſtavit. vulgavit. *ccar* & الى *p, vel cc* ب *r.* VIII. Palam & manifeſtum evaſit. divulgatum fuit. *Gi. Ca.* X. *Idem. Matt.* XXIV, 37.

عَلَنٌ *Act.* ة عَلِنَ. & عِلَانٌ *Act.* ة *Conj.* III. *Gi.*

عُلُونٌ & عَلَانِيَةٌ *Act.* ة عَلَنَ. &, *imprimis ſecundum Adverbial. ſeu in Accuſ.* Palam, apertè, publicè. *Gi.*

عُلَنَةٌ Qui nihil non divulgat, homo plenus rimarum. *Gi.*

عَلَانِيٌّ Publicus. عُنْوَانٌ & عُلْوَانٌ Titulus libri, & præfatio. *Gi. Ca. Mar.*

I. عَلِهَ, *Fut. A, Act.* عَلَهٌ, Obſtupuit, attonitus fuit. *Gi.* Huc illuc præ terrore ivit. Incidit in culpam. Pravo ac maligno animo fuit. *Ca.* Famelicus fuit, eſurivit. & *i.q.* ادهمك. *item* Alacer ac lubens ad frænum fuit *equus. Gi. Ca.*

عَالِهٌ Attonitus, &c. Struthiocamelus, *pec.* fœmina. *Gi. Ca.*

عَلْهَانُ, *Fœm.* عَلْهَى, *Plur.* عِلَاهٌ & عَلَاهِيٌّ, Famelicus *vir.* & *Fœm.* Struthiocamelus, *pec. mas.* & Alacer ad frænum *equus. Gi. Ca.*

عَلَهَآءُ Duplicata veſtis cum intermediis camelorum pilis, quæ ſubter lorica induitur. *Ca.*

Q. عَلْهَقَ Bene nutrivit *infantem. cca. Gi.*

عِلْهِزٌ Cibus, quem ex ſanguine & pilis camelinis Arabes parant in magna annonæ anguſtia. *Gi.*

مُعَلْهَزٌ Non benè cocta, cruda, *caro. Gi.*

I. عَلَا, *Fut. O*, Altus, ſublimis, excelſus, elatus, fuit. Supra *rem*, aut in ſuperiore *ejus* parte fuit. *cca. At* علا في الارض *i.e.* تكبر, Superbivit. علا بالامر Summum tenuit imperium. *Gi. item* Adſcendit. *cca vel* ب. *Ca. Indè eſt Imperat.* اعل عني *Alo Anni*, & اعل عن الوسادة. 2, Superavit, vicit. *cca.* & Percuſſit *gladio. ccap* & ب *inſtr.* 3, *uti* & علي, *mediâ Keſratâ, Fut. A*, Excelſus fuit. *etiam* eminuit nobilitate, dignitate. II. Elevavit, ſuſtulit. *pec. funem* uſque orbiculum trochleæ. *cca.* عليت به علي الجمل Superimpoſui illud camelo. *Ca.* III. Supra *rem* aut in ſuperiore parte fuit *cca. Ca.* 2, Evexit *eum*, elevavit, *Deus. ccap.* & Venit in ſuperiorem Arabiæ partem, quæ عالية dicitur. *Et indè eſt in Imperat.* عال عني *Ali Anni. i.q.* اعل عني *in Conj.* I. IV. *Idem ſign. utrâque. Gi.* & Deſcendit *de jumento. cc* عن. & *i.q.* علون *ſeq. aut pro eo. cca. Ca.* V. Altus fuit. Paulatim adſcendit. & Salva evaſit, convaluit, *quaſi* ſurrexit, *à morbo, è puerperio, mulier.* VI. Altus eminuit. & Se extulit, excelſum geſſit. *Gi.* & Venit, acceſſit. *Mar.* VIII. Altus loco & ſtatu fuit. *Gi.* Provectus fuit *dies. Ca.* 2, Supra *rem*, & ſuperior *altero* fuit. *cca. Gi. Mar.* X. *Idem ſign.* 2. *utrâque. cca. Gi. Mar.* XII. *Idem, ſc.* ſupra *aliquid* vel in ſuperiore *ejus* parte fuit. *cca. Ca.*

عَلُ Superior pars *domus.* مِنْ عَلُ, & *pro eo* من علو *licentiâ poëtica*, Ex ſuperiore parte, deſuper. *Gi.*

عَلاً *Act. τῆς ſign.* 1. *ſcil.* In ſuprema rei parte eſſe. *& Act τῆς ſign.* 2 *&* 3. *Mar. & Plur.* ة علاة *Alaton ſeq. Gi.*

مِنْ عَلاً Deſuper. عَلَي Super, ſupra. Juxta, ſecundum. *item ſubinde pro* ب *&* في, In. *ut* علي عهده Tempore illius *hoc accidit. & pro* من Ex. من علي Deſuper, ex alto. عليك زيدا Cape Zeidum. adduc eum. علي زيد *&* علي زيدا *Aleija Zeidan & Zeidin* Cedo mihi Zeidum. *Gi.* علي ان *Ala An* Ea lege ut. علي اذه Propterea quòd. *Hiſt.*

عَلِ Altus, pars altior. عُلْوٌ, عِلْوٌ, عَلْوٌ, *oppon. τῷ* سفل *Súſlon & Siſlon*, Superior & elatior pars *rei. Gi.*

عَلُوٌّ *Act. τῆς ſign.* 1, 2, 3. *Gi. Mar.* عَلاَة *Act. τῆς ſign.* 3. *Gi.*

عَلِيٌّ, *Pl.* عِلْيَة, Nobilis, eminentior vir. & Nom. proprium viri. *Gi.*

عُلَي & عَلاَة Celſitudo, nobilitas. *Gi.*

عَالٍ Superior pars. مِنْ عَالٍ & مِنْ عَالِ Ex ſuperiore parte. *Gi. & pro* علي *Ala Præpoſ.* Supra. *Mar.*

عَالِ عَلَيَّ Imponito mihi onus. *Gi. Imper. τῆς Conj.* III.

عِلْوَي Modum excèdens. Hoſtis. *Mar.*

عُلْيَا Locus ſublimis & eminentior. *Gi.*

عِلِّيَّة *pro* عِلِّيوَة, *vel ab* علل, *Plur.* عَلاَلِيّ. Cœnaculum. *Gi.*

عَالِيَة, عَالِيٌّ, & *irreg.* عُلْوِيٌّ, *Gentile ab* ſign. ult. *Gi.*

عَلاَة, *Pl.* عَلاً & عَلاَوَاتٌ, *i.q.* سِنْدَانٌ, Incus. & Lapis qui ſupponitur *τῷ* اقط *Akith. item per ſimilitudinem* Camela. *ob altitudinem ac duritiem. etiam ceu Adjectivum,* علاة الخلف *'Ichalki*, Longa ac corpulenta *camela. Ca.*

عَالِيَة Alta. &, *Plur.* عَوَالِي, Res alta. *pec.* haſta. *Ca. aut* pars haſtæ ſuperior, quæ ſubit ferramentum cuſpidis. *Gi.* Superior, altior, pars *pec.* Superior pars Arabiæ ſupra نجد uſque تهامة, ponè Meccam *ſc.* provincia Hizjâz. *Gi.*

I. Q. عَلْوَنَ Titulo & inſcriptione inſignivit *librum. ccar. Gi.*

عُلْوَانٌ *i.q.* عُنْوَانٌ Titulus & inſcriptio *libri. Gi.*

عَلْيَانٌ *(cum* ع *Ca.) Com. gen.* Procerus & corpulentus *vir vel fœmina. Gi.*

عِلاَوَة, *Plur.* عَلاَوَي, (& عَلاَوِيٌّ *Mar.*) Res ſupra aliam exiſtens: *ita & pec.* Caput quoad inſiſtit collo. & Sarcinula, ſimileve quid, ſuperimpoſitum oneri. univerſo jumenti. *Gi.*

عُلاَوَة Superior pars *rei. Ca.*

عُلاَيَةَ ٱلرِّيحِ, *oppoſ. τῷ* سُفَالَة, Supra ventum, *uti vulgo dicunt*: cùm, *nempe*, à præda ad venatorem tranſit ventus, non è contrario. *ut ita odorem venatoris percipere non poſſit præda. Gi.*

أَعْلَي Superior. ſupremus. *Gi.* ٱلْمُعَلَّي Nom. ſeptimæ ſagittæ in aleatorio ludo. *Gi.*

مُعَلٍّ Qui ad mulgendum accedit à parte dextra. & Nom. equi. *Gi.*

تَعَالَ *Imper. τῆς Conj.* VI. Evehitor. Adſcende. Adeſdum. *Gi. Ca.*

تَعَالٍ Elatio. مُعَالٍ *i.q.* عَالٍ, Altus. pars altior, *ſic* من معال *i.q.* من عال. *Gi.*

مَعْلاَة, *Pl.* مَعَالِي, *i.q.* عُلَي. *Gi.*

I. عَمَّ, *Fut. O, Act.* عُمُومٌ, Communis fuit *res.* & Commune fecit *quid*, communiterve præſtitit, *multis. ccap &* ب *r.* 2, *Act.* عمومة, Patruus fuit. II. Induit *eum* cidari. *ccap.* & velut cidari coronavit *quid. ccar. vide* عمامة *ſeq. unde in Paſſ.* Præfectus fuit genti vel regno. *pecul.* Arabum. *quia cidaris Arabum diadema erat; uti tiara Perſarum.* V. Indutus fuit *cidarim. cc* ب. & Patruum vocavit. *ccap.* VIII. *Idem ſign.* I. *cc* ب. *item* Plenè adolevit, complementum adeptus eſt, ſtaturâ & corporis habitu, *adoleſcens, planta, &c.* X. Pro patruo adſcivit. *ccap. Gi.*

عَمٌّ, *Plur.* أَعْمَامٌ & عُمُومَة, Patruus. *unde* ابن عمي Patruelis meus. يا ابن عم *Ia Ibno Ammi & Amma*, O patruelis mî. *item* عم Cœtus hominum. & عم *Amma pro* عما *Ammâ*, Quâ de re? *Gi.*

عَمَمٌ Integrum completumque *corpus. Gi.*

عَمِيمٌ, *Pl.* عُمُمٌ, Plena perfectaque & completa *res. item i.q.* صميم, *aut pro eo*, Præſtantior & exquiſita magis pars *hominum. item* Sicciores بهمي *Buhma* plantæ. *In Pl.* استوي علي عممه Plena ac integra poſſedit corporis, ætatis, opum bona. *Gi.*

عمة,

عَمَّةٌ, *Pl.* عَمَّاتٌ, Amita. *Meid.*

عِمَّةٌ Modus cidarim obvolvendi. *Gi. Meid.*

عَمِّيٌّ *quaſi ab* عَمًّا, Ad patruum pertinens. *Gi.*

عَامَّةٌ, *Pl.* عَوَامٌّ, *oppoſ.* τῷ خَاصَّةٌ. Vulgus hominum, plebs. *Gi.*

عِمَامَةٌ, *Plur.* عَمَائِمُ, Cidaris, faſcia, fere ex ſindone, quâ caput obvolvendo redimiunt teguntque gentes Orientis. *vide Conj.* II. *item Pl.* Diviſa ac diſperſa agmina. *Gi.*

عُمُومَةٌ, *uti* خُؤُولَةٌ quæ avunculi eſt, Cognatio patrui. *Gi. vide* عم *Verbum*, *& Nomen.*

عَمِيمَةٌ. *Pl.* عُمٌّ, Procera *palma*. Integra perfectave corporis ſtaturâ ac formâ *mulier*. *Gi.*

عُمِّيَّةٌ *i. q.* عُبِّيَّةٌ, *aut pro eo*, Superbia. *Gi.*

مُعَمٌّ & مِعَمٌّ, *uti* مُخْوَلٌ & مِخْوَلٌ de avunculis, Multos habens patruos: *pec.* nobiles & generoſos. *Gi.*

مُعَتَّمٌ Cidari ornatus. *& hinc* Princeps gentis. *&* Arabum rex. *vide Conj.* II. *item, Fæm.* ة, Albicans auribus & ſuperiore fronte *equus*, *&* capitis parte *ovis*; reliquo corpore alius coloris ambo. *Gi.*

I. عَمَتَ, *Fut. I, Act.* عَمْتٌ, Glomeratim collegit *lanam*, ut manui imponeret nendi ergo. *cca. Gi. item* Subegit, *ac* fuſtigavit *eum*. *cca.* II. *Idem ſign.* 1. *cca. Ca.*

عِمِّيتٌ *i. q.* جَاهِلٌ ضَعِيفٌ. رَقِيبٌ ظَرِيفٌ, *aut*. *Gi. &* Ebrius. Imprudens, temerarius. *Ca.*

عَمِيتَةٌ, *Pl.* عُمُتٌ, عَمِيتٌ, أَعْمِتَةٌ, Glomeramen glomuſve lanæ, *aut* pilorum camelinorum: *uti* سلبلة pilorum aliorum; *&* سبيجة goſſipii. *Gi.*

عَمَيْثَلٌ Trahens poſt ſe veſtem, caudamve. *hinc* Leo. *item* Tardus, lentus. *Gi.*

عَمَيْثَلَةٌ. Corpulenta *camela*. *Gi. Fæm.* ة *prox. præc. Ca.*

I. عَمَجَ, *Fut. I. Act.* عَمْجٌ, *per metatheſin i. q.* معج, Properavit eundo. *Gi.* Natavit. *&, uti* V, Obliquè inceſſit, in dextram & ſiniſtrā. *&* Reptando ſe diſtorſit *ſerpens*. *Ca*

عَمَجٌ, عُمُجٌ, عَوْمَجٌ, Serpens. *Gi. Ca.*

عَمُوجٌ In latione ſe diſtorquens *ſagitta*. *Gi.*

I. عَمَدَ, *Fut. I*, Gravavit fregitque *eum morbus, amor, onus. ccap.* 2, Intendit, propoſuit ſibi; ſeriò & datâ operâ fecit *quid*. *cc* ل. 3, Re altiore, columnâ, palo, ſuſtinuit, fulſit, ſtabilivit. *cca.* 4, Accepit *aliquid* utendi ergo. *cc* الي. 5, *mediâ Keſratâ, Fut. A*, Madore pluviæ affecta fuit: *pec.* ita ut contacta coaluerit, *terra aut pulvis*. 6, Interiorem tuberis partem, exteriore ſanâ, nudatam contuſamve habuit *camelus* ex inſeſſu. II. *Idem*, Fulſit, ſuſtinuit, columnâ palove. *ccar. Gi. & quaſi Tranſ.* τῆς *ſign.* 5. *ſeu Syr.* ܥܡܕ, Baptizavit. *cca. Euang.* IV. Suppoſitâ columnâ, palo, aliove fulcimento, ſuſtinuit, firmavit. *cca.* V. *i. q. Conj.* 1. *ſig.* 2. *Gi. &* Baptizatus fuit. VII. *Paſſ.* τῆς *Conj.* 1. *ſign* 3. VIII. *Idem*, Suffultus *re aliqua* & innixus *ei* fuit. *cc* علي *r.* Commiſit ſe, confiſus fretuſque fuit. *cc* علي *p &* في *r. Gi. &* اعتمد علي الرسن Sequutus eſt habenæ ductum. *i q. Conj.* 1. *ſign.* 2. *Mar. &* Baptizatus fuit. *Marc.* 1, 5.

عَمْدٌ *Act.* τῆς *ſign.* 1, 2, 3. *Gi. Mar.* عَمْدًا Datâ operâ, firmo propoſito. عمدا علي عين & عمد عين *Amda Ainin*, Diligenter, ſolidè certoque: *&* reapſe. *Gi.*

عَمَدٌ *Act.* τῆς *ſign.* 5 *&* 6. *& Plur.* τοῦ عَمُودٌ. *Gi.*

عَمِدٌ Dorſum inequitando contuſum habens *camelus*. *vide Conj.* 1. *ſign. ult. Gi.*

عِمَادٌ *Comm. gen. Sing. & Pl.* Altiores ſtructuræ. *Gi. Mar. &* Columna, palus tentorii. طويل العماد Qui multa viſitatione celebrem habet manſionem. *item* Fiducia. *Pſalm.* LXX, 5.

عَمُودٌ, *Pl. p.* أَعْمِدَةٌ, *Pl. m.* عَمَدٌ & عُمُدٌ, Fulcimentum. Columna. palus *tentorii*. *item* Columen familiæ. عمود البطن Dorſum. عمود الصبح Extenſus auroræ fulgor. *Gi.*

عَمِيدٌ Columen & princeps *populi*. 2, Malè affectus confectuſque amore. *vide Conj.* 1. *ſign.* 1. *Gi.*

عُمْدَةٌ Fides. عُمْدَةٌ عَلَيْهِ Fide dignus. *Hiſt. Sar.*

عُمْدَةٌ Id quo quis nititur. عِمَادَةٌ *Sing. ſeu Nom. Unit.* ة عماد *præc. Gi.*

عَمِيدٌ *i. q.* مَعْمُودٌ. *Gi.* أَعْجَبُ مِنْهُ *i. e.* أَعْمَدُ مِنْهُ *ſign.* 2. *Gi.*

مُعَمَّدٌ Suffultus. *Gi.* Baptizatus. *Euang.*

مُعَمِّد Baptizans, baptiſta. *Marc.* VI, 15.

إِعْتِمَاد Suſtentatio. Fides. Fiducia. *Pſal.*

مَعْمُودِيَّة Baptiſmus. *Ca.* مَعْمُودَانِيّ Baptiſta. *Euang.*

I. عَمَرَ, *Fut. O.* Coluit, incoluit: exſtruxit. inſtauravit. cultam & habitatam reddidit *regionem. cca.* 2, *mediâ Keſratâ, Fut. A,* Diu vixit, longævus fuit. *Gi.* 3, *uti mediâ Dammatâ,* Cultus, habitatus, fuit. *Ca.* II. *Tranſ. τῆς ſign.* 2. *ccap. unde fauſta comprecatio,* عمرك الله Diu te ſuperſtitem ſervet Deus. IV. *Tranſ. τῆς Conj.* 1. *ſign.* 1. *ſic dicunt:* اعمر الله بك منزلك. 2, Cultam comperit *regionem. cca.* 3, Viſitavit, frequentavit, *hoſpitium. cca.* 4, Pro vitæ tempore dedit *illi domum, agrum, camelos. ccga.* VIII. *i.q. Conj.* IV. *ſign.* 3. *cca. item* Commoratus viſitando fuit *in ſacris Meccani feſti. cc* في. *vide* عمرة. *item i.q.* اعتم *Itamma, aut pro eo,* Cidarim indutus fuit. *vide* عمارة. X. Incolam effecit conſtituitve. *ccap &* في *loci. Gi.*

عَمْر *Act. τῆς ſign.* 1. *&, uti* عُمْر, *Act. τῆς ſig.* 2. *&, Plur.* اعمار, Ætas, vitæ tempus. *unde juramenti formula,* لعمر الله *Liamri-'llâhi, &* عمر الله *Amra'llâhi,* عمرك الله *Amrika'llâhi,* Per æternitatem Dei, quam agnoſcis: *aut* Ita te diu ſervet Deus: *aut* Ullo unquam tempore. *item* عمر *Amron, Pl.* عمور, Gingiva. *Gi. & ſecundum, ſc. Omron,* Templum, ſynagoga. *Ca.*

عُمَر & عَمْرو, *Pl.* عُمُور, *Nom. propria virorum,* Omar. & Amrus. *Gi.* *Duale* عمران *Omarâni,* Omar & Abubeker. *Meid.*

عُمُر *i.q.* عُمْر, Ætas; *pec.* longa. *Gi.*

عَامِر & عَمِير *pro* مَعْمُور Cultus & habitatus *locus.* ام عامر Hyæna. *& ſecundum i.q.* صفيق, Durior craſſiorque *pannus. Gi.*

عَمَار *i. q.* عَمَارَة *ſeq. item aliis,* Odoratæ herbæ ac flores, quibus exornatur compotorum conſeſſus: unde ingredienti cuivis quid offerri ſolet: *Perſæ* ميوران *Meiwarân vocant. Gi.*

عُمَّار Domus incolæ dæmones: penates. *Gi.*

عُمْرَة, *Pl.* عُمَر, Viſitatio ſacra in feſto Meccano. *vide Conj.* VIII. & Congreſſus viri aut conſuetudo cum muliere in domo cognatorum ipſius. *at* quando ad cognatos ſponſi deducitur, عرس *Orſon dicitur. Gi.*

عُمْرِيّ *i.q.* أَسْمَر. *Gi.* عُمْرَان *Pl.* ة عَامِر. *Meid.*

عَمَارَة Tegumentum omne capitis: *ſive* pileus *ſit; ſive* cidaris; *ſive* corona. *Gi.*

عِمَارَة *Act. τῆς ſign,* 2 & 3. *Gi. Ca.* Cultura. Inſtauratio. habitatio. *item* Tribus. & Familiarium ſocietas. & Hominũ cœtus. *Gi.*

عَوْمَرَة Clamor & tumultus hominum. *Ca.*

عَمْرَوَيْه. & ـه. *Dual.* عَمْرَوَيْهَانِ, *Pl.* عَمْرَوَيْهُونَ, *Nom. propr. viri, uti* عمرو *præced. Gi.*

عَمَارِيَّة Species ſellæ camelinæ. *Meid.*

مَعْمَر Manſio ampla circa aquam pabulumque. *Gi.* Manſio iis abundans. *Meid.*

مُعْمَر, *Fœm.* ة, Ad vitam alicui data *res. Gi.*

مُعْتَمِر Viſitans. Cidarim indutus. *Gi.*

مَعْمُور Cultus, habitatus. *Gi.*

يَعْمُور. *Plural.* يَعَامِير, Hœdus. Parvus agnus. *Gi.*

عَمَرَّد & عُمْرُود Longus *equus*; longa *via*: & *de re quâvis. Gi. item prius,* Malus indole. Sævus lupus. Dirum infortunium. *Ca.*

عَمَرَّس Robuſtus. validus duruſque, *vir. Gi.* Accelerata *aquatio.* Vehemens *inceſſus.* Malignus indole. *Ca. item, uti imprimis*

عُمْرُوس, *Plur.* عَمَارِس & عَمَارِيس, Agnus. & Pleno compactoque corpore *adoleſcens. Gi. Ca.*

عِمْرِط & عُمْرُط Longus. عَمَرَّط Levis agiliſque, & audax ac validus, *juvenis. item* Infortunium, malum. *Ca.*

عُمْرُوط, *Pl.* عَمَارِيط & عَمَارِطَة, Latro. Inops & improbus. *Gi. Ca.*

عُمَارِطِيّ Interfemineum mulieris amplum. *Ca.*

مُعَمْرِط Rapiens omnia quæ poteſt *latro. Ca.*

I. عَمَسَ *i.q.* دَمَسَ, Tritus fuit *liber.* 2, Occultavit *rem. cca. Gi.* 3, *mediâ Keſratâ & Dammatâ,* Gravis & obſcurus fuit *dies.* 4, *mediâ Keſratâ,* Simulavit ſe neſcire cùm ſciret. III. Simulatè fecit quid, & adverſatus fuit. *ccap.* IV. *i.q. Conj.* 1. *ſig.* 2. *cca.* V. Perplexus fuit incertuſque *rerum. cca.* VI. Socordiam & incuriam ſimulavit. *cc* في *r, vel* من *r. & i.q.* تعامي, Cæcitatem

præ

præ ſe tulit, & reliquit *me* in dubio ac incerto. *cc* علي *p. Gi. Ca.*

عَمْشٌ Acre bellum. & Perplexum *negotium. Gi.*

عمس *Act.* ÷ *ſign.* 1, 3, 4. *Gi. Ca.*

عَمَاسٌ, *Pl.* عُمُسٌ & عُمْسٌ, *i. q.* عَمْسٌ *ſign.* 1. & *i. q.* داهية. *item* Gravis & obſcura *nox, dies. Gi. Ca.* & Sævus *leo. Ca.*

عَمِيسٌ & عموسٌ Obſcurum & perplexum *negotium.* & *prius* Qui in obſcuritate rerum & incertitudine verſatur, neſciens quam inſiſtat viam. *Gi.* & *poſterius* Qui ſimulat quid ignorare ſe cum norit. *Ca.*

عُمُوسٌ & عَمَاسَةٌ *Act.* ÷ *ſign.* 3. *Gi. Ca.*

عَمْوَاسُ Emaus, Syriæ oppidum. *Gi.*

عَلَى ٱلْعَمِيسَةِ Temerè & falsò *juravit. Ca.*

مُعَمَّسٌ & مُعَمِّسٌ, *Fœm.* ة, *Plur. ſan.* Obſcurum & intricatum *negotium.*

I. عَمِشَ Infirmitate viſus, & fere cum lachrymarum fluxu, laboravit. *Gi.* Convênit *in illum ſermo. cc* في. Convaluit *corpus.* II. *Tranſ. hujus,* Valetudini *corpus* reſtituit *Deus. cca.* & *i. q.* تغافل. VI. *Idem.* X. *i. q.* استمحق. *cca. Ca.*

عَمْشٌ Percuſſio quæ ſine intentione fit. & Res conveniens. *Gi. Ca.*

عَمَشٌ *Act.* & Vitium illud oculi: ophthalmia. *Gi.*

عُمْشُوشٌ Racemus ſeu ſcapus ejus, cujus abſumptæ ſunt uvæ. *Ca. Meid.*

أَعْمَشُ, *Fœm.* عَمْشَاءُ, Qui τῷ عَمِشَ laborat. *Gi.*

I. عَمُقَ & عَمِقَ Profundus fuit. II. Profundum fecit. *cca. Gi.* عمق النظر في الامور *i. e.* بالغ, Altiùs penetravit res. *Ca.* IV. *i. q. Conj.* II *ſign* I. *cca.* V. *i. q. Conj.* II. *ſign. ult.* & Se altius immiſit, & provectus fuit *in ſermone ſuo. cc* في. *Gi.* VIII. *i. q. Conj.* IV. *cca. Ca.*

عَمْقٌ, عُمْقٌ, عُمُقٌ, عَمَقٌ, Profunditas. *Gi. Ca. item ſecundum Act.* ÷ *Conj.* 1. & *duo prima, Pl.* اعماق, Procul patens deſertum. *Ca.*

عَامِقٌ Qui τῷ عِمْقِي paſcitur *camelus. Gi.*

عَمِيقٌ, *Fœm.* عَمِيقَةٌ, *Pl.* عُمُقٌ, عَمَائِقُ, عِمَاقٌ,

Profundus *puteus.* Longinquus, longè patens. *Gi. Ca.*

عَمَاقَةٌ *Act.* ÷ *Conj.* 1. عِمْقِي Nom. plantæ ſeu arboris Arabicæ: *quâ cameli gaudent. Gi.*

I. عَمِلَ Operatus fuit, fecitque. *Gi.* Adhibuit. *cca.* II. Præfecit *provinciæ*: *pec.* quæſtorem. *ccap* & علي *loci. Gi. Ca.* & Dedit *illi* operis mercedem. *ccap.* Tractavit de opere, & commercium habuit, *cum aliquo. ccap.* IV. *Tranſ.* ÷ *Conj.* 1. *ccap. Gi.* 2, Operi adhibuit *conſilium ſuum. cca. Ca.* V. *i. q.* تعنى, Operam dedit, ſtuduit, *rei. cc* ل. *Gi.* VII. Factus, perfectus, fuit. *Deut.* XVII, 4. VIII. Per ſe fecit opus. *Ca.* & *i. q.* اضطرب. X. *i. q. Conj.* IV. *ſign.* 1. *ccap.* & Uſurpavit, uſus fuit: adhibuit. *cca. Gi.*

عَمْلٌ Ditio. *Hiſt. Sar.* عَمَلٌ *Act. item, Pl* أَعْمَالٌ, Opus, actio. *Gi.*

عَمِلَ بِهِ ٱلْعِمِلَّيْنِ Omnes intendit nervos. *Ca.*

عَمِلٌ Opus faciens. *aut* Operi faciundo idoneus *vir. Gi. Ca.*

عَامِلٌ, *Fœm.* ة, *Ag.* &, *Plur.* عُمَّالٌ, Operator. *item* Præfectus. *pec.* Exactor, quæſtor. & Pars haſtæ prope cuſpidem. *paulò infra* ثعلب, *quod vide. Gi.*

عَمُولٌ *i. q.* عَمِلٌ, *cum intenſione quadam. Gi.*

عِمْلَةٌ & عَمْلَةٌ *i. q.* عَمَلٌ, Opus. & *primum* Modus operis. Merceſque operis. *Ca.*

عَمَلَةٌ Opifices, operarii. *Gi* عَمَلِيٌّ, *oppoſ.* τῷ علمي, *Fœm.* ة, Practicus. *Ca.*

عَامِلَةٌ *Fœm.* ÷ عَامِلٌ. & *i. q.* عَامِلٌ *ſign. ult.* &, *Pl.* عوامل, Dictio regens aliam. *Gramm. item Plurale hoc* Boves quæ operi adhibentur. Camelæ onerariæ. *Mar.*

عُمَالَةٌ, عِمَالَةٌ, عَمَالَةٌ, Stipendium merceſque ÷ عامل. *Gi. Ca.*

مَعْمُولٌ Factus, paratus: *pec.* ex vino, oxygala, & melle cibus. *Gi.*

يَعْمَلٌ & يَعْمَلَةٌ Camelus & camela præſtantior; operi perficiendo idonei. *Gi. Ca.*

عَمَلَّسٌ, *ut* عَمَرَّسٌ, Validus in itinere faciundo, & celeriter incedens, *camelus. Gi. item* Lupus. *Gi pec.* dirus. & Canis venaticus. *Ca.*

عَمَلَّطٌ Robuſtus, validus. *pec.* in faciundo itinere. *Ca.*

عِمْلَاقٌ Qui viſu ſuo alios decipit. *Ca.*

عِمْلِيقٌ Amalec. عَمَالِقَةٌ & عَمَالِيقُ, Amalecitæ: *quoquò verſum nunc diſperſi. Gi.*

عَمْلَقَةٌ Urina. ejusque excretio. *Ca.*

I. عَمَنَ, *Fut. I. & mediâ Keſratâ*, Conſtitit, commoratus fuit, *aliquo loco. cc* ب. IV. Profectus *ac* ingreſſus fuit. *&* Continuò commoratus fuit. *Ca.*

عَمِينَةٌ Planicies, terra æqualiter exporrecta. *Ca.*

I. عَمِهَ, عَمَهَ. *Act.* عَمَهٌ, عُمُوهٌ, عُمُوهَةٌ, Vagatus huc illuc fuit, *ut* errabundus. Attonitus fuit. *Gi. Ca. &* Signi omnis directricis expers fuit *terra. Ca.*

عَمِهٌ & عَامِهٌ, *Pl. ſan. &* عُمَّهٌ, Attonitus. *Ca.*

عَمْهَآءُ Signo omni ductuque carens *terra. Gi.*

عُمَّيْهِي & عُمَّهِي In vagum, in incertum, ac quò neſcitur, abiverunt *cameli. Gi.*

I. عَمَي, *Fut. I, Act.* عَمْيٌ, Feſtucas ac ſimilia ſpumamque jactavit *unda.* 2, *mediâ Keſratâ,* Cæcus fuit. 3, Obſcurum *illi* opertumque fuit *negotium. cc* علي *p. Gi.* II. Occæcavit. *ccap. Ca.* Occultavit involvitque, ut ænigmate, *ſententiam, verſus. cca. vide* معمي *poſt. In Paſſivo* عميت عليه *O'mmïet,* Imminuit illi mors. IV. *Tranſ.* ☩ *Conj.* 1. *ſign.* 2. Cæcum reddidit, occæcavit *Deus. ccap.* VI. Cæcitatem præ ſe tulit. VIII. *pro* اعتام, Elegit, ſelegit. *cca. Gi. & i. q.* نصى. *cca. Ca.*

عَمِيَةُ ٱلْقَلْبِ, *Fæm.* عَامِيَةٌ & عَمِي ٱلْقَلْبِ, *Pl.* عمون, Inſipiens, cæcutiens mente. *Gi.*

عَمَّا *Compoſ. ex* عَنْ & مَا, A *vel* ex eo quod. *Gi.*

عَمَآءٌ Nubes. *ſeu* Vapor ſupra montium vertices apparens. *Gi. &* Cæcitas. *Deut.* XXVIII, 28.

عُمْيَانٌ Cæci. *Pſal.* CXLV. *& Matth.* XV, 14.

عَمَوِيٌّ *Denominat. ab* عَمِي *præc.* Ad inſipientem ſtolidumque pertinens. *Gi.*

أَعْمَآءٌ *Pl.* ☩ أَعْمَي, Cæci. *Ca. & uti* مَعَامِي. Deſertæ & deſolatæ terræ, ubi nullum culturæ, habitationis, nec viæ veſtigium extat. *Gi.*

أَعْمَي, *Fæm.* عَمْيَآءُ, *Plur.* عُمْيٌ, Cæcus. *At quod dicitur* ما اعماه *i.e.* ما اعما قلبه, Quam maximè inſipiens. *vel* Hui quam cæcutit mente! الاعميان Torrens & efferatus camelus. *Gi.*

مُعَمًّي Verſus dictumve involuti & occulti ſenſus: ænigma. *Gi.*

أَعْمَوِيٌّ *Denominativum ab* أَعْمَي. *Gi.*

عَنْ *Particula removendi.* A, ab, ex. Poſt. Supra. Præ. *ccg.* عما *Amma pro* عن ما Ab eo, ex eo, præ eo, quod. *Gi.*

لُدَّاغٌ Acuta ſpina, aculeus. لَدِيغٌ Punctus morſuſve à ſerpente. *Gi.*

لُدَغَةٌ & لُدْغِيّ Obtrectatores, qui dictis pungunt. *Ca.*

لَدَّاغَةٌ *i.q.* قَارِصَةٌ, Maledictum, dictum pungens. *Gi.*

مِلْدَغٌ Obtrectator, maledicus. *Ca.* مَلْدُوغٌ *i.q.* لديغ, Punctus à ſerpente. *Gi.*

I. لَدِقَ, *Fut. A, Act.* لَدْقٌ & لَدَقٌ, *i.q.* لَزِقَ, *aut pro eo. cc* ب. *Ca.*

I. لَدَمَ, *Fut. I,* Verberavit. *cca. Gi. pecul.* re gravi excitante *ſonum. Ca. ſic* & Percuſſit faciem ſuam mulier: *uti in luctu fit. cca. vide* لطم. & Percutiendo explanavit *ſubcinericium panem. cca.* 2, Interpolavit, reſarſit *veſtem. cca. Gi.* 3, In honore habuit cognationem. *Mar.* II. *Idem ſign.* 2. *cca.* IV. Continua incubuit *illi febris. cc* علي *p.* V. Trita ruptave fuit *veſtis*, reſarciri opus habens. & *Tranſ. i.q. Conj.* II. Reſarſit *veſtem. cca. vide* ردم. VIII. Commotus & perturbatus fuit. Pectus ſuum in luctu percuſſit *mulier. Gi.*

لَدْمٌ *Act.* ⁊ *ſign.* 1 & 2. & Sonus, *at* non vehemens, lapidis aliuſve rei cadentis in terram. *Gi.*

لَدَمٌ *Act.* ⁊ *ſign.* 3. *Mar.* & *i.q.* حُرْمَةُ ٱلْقَرَابَةِ, Honos cognationis ejuſve reverētia. *quòd ea ſartā & tectam præſtat cognationem. unde formula illa, quā in firmando fœdere utuntur,* اللدم اللدم *Ellédama'llédama* Honor veſter erit honor noſter. *vide Conj.* 1. *ſig* 3. *item Pl.* תּוֹ لادم *prox. ſeq. Gi.*

لَادِمٌ, *Pl.* لَدَمٌ, Feriens. Reſarciens. *Gi. Ca.*

لَدَّامٌ Interpolator, reparator veſtium. *Meid.*

لِدَامٌ Aſſumentum quo reparatur ocrea aut quid ſimile. *Gi.*

لَدِيمٌ Veſtis trita ſeu rupta. & Reparata veſtis. *vide Conj.* V. *Gi. Ca.*

I. لَدُنَ, *Act.* لَدَانَةٌ & لُدُونَةٌ, Mollis & lenta fuit *haſta.* II. *Tranſ. hujus*, talem reddidit. *cca.* & Humectavit *pannum. cca.* V. *i.q.* تمكث, Moratus fuit. & *i.q.* تلكا, Immoratus fuit *rei. cc* علي *p. Gi.*

لَدْنٌ. (*Fœm.* ة,) *Plur.* لُدْنٌ & لِدَانٌ, Mollis, flexilis & lenta *haſta. Gi.*

لُدْنٌ Lentus, non bene ſubactus coctuſve *cibus. Ca.*

لَدُنْ, لَدُنْ, لَدَى, لَدْ, لَدُ, Ad, uſque. *Præpoſitio, loci & temporis. ccg, vel cca Nunnato. Gi.*

لُدُنَّةٌ *i.q.* حَاجَةٌ, Res factu neceſſaria. *Ca.*

لِدَةٌ, *Plur.* لِدُونَ & لِدَاتٌ, *i.q.* تِرْبٌ, Æqualis, coætaneus. *ſed à* ولد *eſt.*

لَدَى Ad. apud. لَدَيْكَ Apud te. *Gi. item* لدي *i.q.* هل, Num? *Ca.*

I. لَذَّ, *Act.* لَذَاذٌ & لَذَاذَةٌ, Suave & jucundum comperit. *cca. Gi.* & Voluptatem ex

eo cepit. *cc* ب. *Ca. item Intranſ.* Suave & volupe fuit. *Ca.* V. *Idem,* Voluptatem percepit *ex aliqua re. cc* ب. *Gi. etiam cca. Gi. Ca.* X. Suavem, gratum jucundumque comperit *aut* duxit: delectatus fuit. *ccar. Gi.*

لَذّ Suavis, gratus. *Gi.* & Suaviloquus. *Mar.* & *cum* الـ *pec.* Somnus. *Gi.*

لَذّ & لِذَان *Plur.* & لَذِيذ *ſeq.* Suavis, jucundus, delectabilis. *Gi. Ca.*

لَذِيذ *i. q.* لَذّ. & *cum* ال, *pec.* Vinum. *Gi. Ca.*

لَذَّة *Pl. ſan. oppoſ.* τῷ أَلَم, Voluptas: delectatio. Suavitas. *Gi.* & *cum* ال, *pecul.* Vinum. *Ca.*

أَلَذّ Suavior, jucundior. Delectabilior. *Gi.*

أَلَّذَانِ *pro* أَلَّذَانِ *Dual.* أَلَّذِي *pro* أَلَّذْ & أَلَّذْ, Qui, *Pronom. relat. Gi. vide* لذي.

مُلْتَذّ Amœnus & urbi propinquus *hortus. Ca.*

I. Q. لَذْلَذَ *Act.* لَذْلَذَة, Agilis promptuſque fuit in opere ſuo. *Ca.*

لَذْلَاذ Celer & agilis in opere. & *cum* ال, *pec.* Lupus. *Ca.*

I. لَذَبَ, *Act.* لُذُوب, *i. q.* أَقَامَ, Conſtitit *aliquo loco. cc* ب. III. *Idem. Ca. vide* لزب.

I. لَذَجَ *i. q.* جَرَعَ, Sorbendo bibit *aquam. cca.* & Importunus fuit rogitando. *ccap. Ca.*

I. لَذَعَ, *Fut. A, Act.* لَذْع, Uſſit *eum ignis.* Læſit & ulceravit, perſtrinxit *eum verbis. ccap* & ب *r. Gi. item* Stigmate uno aut altero muſto ſignavit *camelum ſuum. cca.* V. Reſpexit in dextram & ſiniſtram. *vide* تلذع. & Compoſitè inceſſit properando. VIII. Dolore uſtus & cruciatus, & exulceratus fuit. *Gi. Ca.*

لَوَاذِع Res urentes: aſpera & mordacia verba, &c. *Gi.*

لَذْعَة Uſtio una, aut ſtigma unum, quod cauterii imprimitur extremitate. *Gi.*

لَوْذَعِيّ Solers, acer agiliſque; *ſcil.* ingenio, linguâ, facundiâ. *Gi. Ca.*

I. لَذَكَ *i. q.* لَدِكَ *pro* لَزِقَ. *cc* ب. *Ca.*

I. لَذَمَ *i. q.* أَعْجَبَ, Placuit *ei res. ccap. Gi.* 2, *i. q.* لذم, *aut pro eo. cca. Ca.* 3, *mediâ Keſratâ, i. q.* لزم, *aut pro eo,* Commoratus, affixus fuit *loco,* permanſit *in eo; pecul.* cùm ibi peregrinus eſſet. *cc* ب. IV. *i. q.* الزم, Fecit ut *alter alteri* affixus eſſet ac continuò adeſſet. *ccap* & ب *alt.* & *formâ Paſſ. i. q.* اولع, Deditus *rei* fuit. *cc* ب. *Gi. Ca.*

لَذْم *Act.* τῶ *ſign.* 1, 2, 3. *Gi. Mar.* لَذَمَة Qui ſemper domi hæret. *Ca.*

مُلْذَم Deditus *rei. cc* ب. مِلْذَم Qui loco aliquo commoratur & permanet, licèt ſit peregrinus. *Gi.*

أَللَّذَانُ Ladanum. *Ca. Dioſc.* 1, 128.

أَلَّذِينَ & أَللَّذُونَ *Pl.* & أَلَّذِي, Qui: *vide* لذي.

I. تَبَذَّلَ *i. q.* لَذِيَ بِهِ. *alt. cod.* تَبَذَّلَ. *Ca.*

أَلَّذِينَ *Pl.* أَللَّذَانِ *Dual.* أَلَّذِيُّ, أَلَّذِي, لَذِي, Qui, *Prom. relat. Gi. vide Grammat.*

I. لَزَّ, *Fut. O, Act.* لَزّ & لَزَز, Conſtrinxit. Compegit conjunxitque. *cca. Gi.* Confodit haſtâ, lanceavit. *Ca. Mar.* II. Compreſſâ durâque & validâ corporis conſtitutione formavit *eum Deus. ccap.* III. *i. q.* لاصق, Conjunctus *illi* fuit, habuit *eum* ſibi conjunctum. *ccap. Gi.*

كَزّ لَزّ *junctim i. q.* كَزّ *ſeorſim. Gi. ſic*

عَجُوز لَزُوز *i. q. ſimplex* عَجُوز. *Ca.*

لِزَاز & لَزَاز Repagulum januæ quod ponè obditur. *Gi. Mar. diciturque homo ille* لزاز خصم *Lizâzo Chaſmin. Gi.*

لَزَائِز *i. q.* جَنَاجِم, Pectora, ſterna. *Gi.*

لَزِيزَة *i. q.* لَصِيقَة. *Ca.* مِلَزّ Vehemens & aſſiduus *vir* in eo quod captat. *Gi.*

مُلَزَّز Qui compreſſo, valido, duroque eſt corpore. *Gi.*

I. لَزَأَ, *Fut. A*, Dedit. *cca.* 2, Implevit. *cca. Ca.* 3, Bene pavit *camelos ſuos. cca. Gi.* 4, Peperit *eum mater ſua. cc* ب. *Gi.* II *Idem ſign.* 1 & 3. *cca. Gi. Ca.* IV. Saturavit *gregem. cca.* & *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 2. V. *Paſſ. hujus. Ca.*

I. لَزَبَ, *Fut. O, i. q.* لَصِقَ, Adhæſit. *pecul.* firmiter. & Stabilis fuit. *Gi.* 2, *pro* لسب, Punxit *eum ſcorpio. cca.* 3, *mediâ Dammatâ,*

matâ, Partes alias aliis immiſſas habuit. *&* Adhæſit *ac* durū evaſit *lutum*. II. *Idem*. *Ca.*

لَزْبٌ *Act.* ✝ *ſign*. 3. لِزْبٌ Via anguſta. *Ca.*

لِزْبٌ. *Pl.* لِزَابٌ, Paucus. *Ca.* ثَابِتٌ *i.q.* لَازِبٌ, Firmus. صار الشيء ضربة لازب *Darbata Lâzibin* Facta fuit res neceſſariò: *ita enim dicitur elegantius quàm* لازم *Lazimin*. *Gi.*

لُزُوبٌ *Act.* ✝ *ſign*. 3. لَزْبَةٌ, *Pl.* لِزَبٌ & لَزَبَاتٌ, Anguſtia. Difficultas. inopia annonæ. *Gi.*

مِلْزَابٌ, *Plur.* مَلَازِيبُ, Valde tenax & avarus. *Gi. Ca.*

I. لَزِجَ Extenſus fuit: *uti & res viſcoſa*. *&* *i. q.* غري *Garia*, Conglutinatus, conjunctus fuit, cohæſit. *cc* ب. V. *i. q.* تلاجن, Compactas ceu viſciditate partes habuit *planta*. Præ lentore ductilis fuit *res*. Appactis ſordibus immundum manſit *caput* poſt lotionem. *Gi. Ca.*

لَزِجٌ Extenſus & ductilis præ lentore. *Gi.*

لَزِجَةٌ. لَزِجَةٌ. لُزَجَةٌ. مُلَازِجٌ, Uno loco hærens nec foras prodiens *vir*. *Ca.*

تَلَزُّجٌ Cum ex eſu mali granati, pruni, ſimiliſve rei ſaliva excitatur ori. *Ca.*

لَازَوَرْدٌ. *Perſ.* لَازْوَرْدٌ, *hinc vulgò* Lazuli lapis, cyanus. *Beith. unde*

لَازَوَرْدِيٌّ Cyaneus, cæruleus, *color*. *Ca.*

I. لَزِقَ. *Fut. A. Act.* لُزُوقٌ, Adhæſit: coaluit. *cc* ب. *&* لزق بالارض Depreſſo corpore & terræ propinquus fuit. IV. *Tranſ.* Conjunxit, compegit, conglutinavit, ferruminavit. *c cap &* ب *r.* VIII. *i.q. Conj.* I. Conjunctus fuit, coaluit. *cc* ب. *Gi. Ca.*

لِزْقٌ Coſta, latus. *Mar.* لِزْقِي *&* بِلِزْقِي *i.q.* بجنبي *Bizjenbi*, Lateri meo adhærens, *i.e.* comes & individuus ſocius meus. *Gi. vide & in* لسق *&* لصق.

لِزَاقٌ Coïtus. *item* Gluten. *ita* لزاق الذهب Chryſocolla. *& i.q.* اشق, Hammoniacum. *Gi. Ca.*

لَزُوقٌ *&* لَزُوقٌ Medicamentum quod vulneri impoſitum relinquitur donec id coaluerit. *Gi. Ca. fortè* ſarcocolla, *vel* emplaſtrum.

لَزِيقٌ *i. q.* لِزْقٌ, Individuus ſocius. *ſic &* هو لزيقي و بلزيقي *dicunt*. *Gi.*

لُزَيْقَاءُ *i.q.* لُزَيْقَاءُ. *Ca.* Quod manè pluvioſo tempore adnaſcitur adhæreſcitve inferioribus lapidum partibus. *Ca.*

لُزَيْقِي Gratia, *quaſi* glutinis quid, *eſt in ſermone ejus*. *cc* في. *Ca.*

مُلَزَّقٌ Firmiter nexum & cohærens camelorum agmen. *Ca.*

I. لَزِمَ *&* لَزَمَ, *Fut. A*, Neceſſarius, *&* neceſſariò conſequens fuit. firmiter conſtanterque manſit. Aſſiduus, affixus & inſeparabilis fuit adhæſitque. *ccar*. III. *Idem*, Aſſiduus, neceſſariò conjunctus & individuus fuit, firmiter adhæſit. *cca*. IV. *Tranſ.* τῆς *Conj.* I, Redegit. coëgit. Conjunxit. Subjunxit. *ccga*. VIII. *Paſſ.* τῆς *Conj.* IV, *vel i. q. Conj.* I. *cc* ب. *&* Obnoxius fuit *rei*. *cc* ل. *item i. q.* اعتنق, Amplexus fuit *rem*. *cca*. *Gi.*

لَزْمٌ. لُزُومٌ. لَزَامٌ. لَزَامَةٌ. لُزْمَةٌ. لُزْمَانٌ, *Act. Ca.*

لِزَامٌ *i. q.* فَصْلٌ. *Ca. &* لَزِمٌ *i. q.* فَيْصَلٌ. *Ca.*

لَازِمٌ *Ag. &* ضَرْبَةُ لَازِمٍ *i.q.* لَازِبٍ. *Gi. item* لازم *oppoſ.* τῷ متعدي, Intranſitivum *Verbum*. *Gramm.*

لَزَامِ, *ut* قَطَامِ, *i. q.* لَازِمَةٌ, Contumelioſa vox. *Gi. Ca.*

لِزَامٌ *Act.* τῆς *Conj.* III. *Gi. item* Mors. Perpetua pœna. *& i.q.* حساب. *Gi. & i.q.* فيصل *Feiſalon*. *Ca.*

لُزَمَةٌ Perpetuò affixus rei. *Gi.* مِلْزَمٌ Prælum: inſtrumentum in quo intermedia duo ligna ope ferrei axis inter ſe arctantur. *Gi.*

مُلَازِمٌ *Act.* ✝ *Conj.* III. مِلْزَامٌ Forceps quo quid arctè prehenditur & firmiter tenetur. *Meid.*

مُلَازَمَةٌ *Act.* τῆς *Conj.* III. *Gi.*

I. لَزَنَ, *Fut. O*; لَزِنَ, *Fut. A*, Preſſit ſe *populus* ſuo confluxu: *uti anguſtiore ſit loco*. VI. *i.q.* تزاحموا, In arctum confluxêre, invicem prementes. *Ca.*

لَزْنٌ *Act. Ca. item* Anguſta & difficilis fortuna. *&*, *ut Adject.* talis conditionis *vita*. *Gi. item* Hominum confluentium preſſu impeditus *puteus vel potandi locus*. *Ca.*

لِزْنَةٌ *&* لَزْنَةٌ *Idem ſign. ult. Ca.* مَلْزُونٌ *&* لَزْنٌ, *Plur.*

Plur. لزن *Liznon*, Anguſtia & difficultas vitæ *ac* anni ſeu annonæ. *&* ليلة لزنة Tale *vel* frigore vehemens tempus, taliſ*ve* dies *vel* annus. *Gi. Ca.*

أَلْزَنُ Vehemens frigore *vel* calore *tempus. Ca.*

I. لَسَّ, *Fut. O*, *Act.* لَسٌّ, Edit, lambit pabulum, *&* extremis labris carpſit *pecus.* IV. Prima germina produxit *terra. Gi. Ca. vide* لدس.

جَمَالُونٌ *i.q.* جُدَّاقٌ لُسُسٌ. *Ca. at* جَمَّالُونٌ *legendum puto.*

لُسَاسٌ Primum terræ germen pabulumve, quod extremis labiis carpi poteſt. *Gi. item, uti*

لُسَاسٌ, Spec. herbæ hirſutæ, inſtar bugloſſæ. *Ca.*

لِسَاسَةٌ Sectum cameli tuber. *Ca.*

مُسَلْسَلٌ *pro* مُلَسْلَسٌ. *Ca.* لِسَاسَةٌ *i.q.* لِسْلَاسٌ. *item* Per ſtrias ductuſve pictus *pannus. Ca.*

I. لَسَبَ, *Fut. A*, (*Fut. I. Gi.*) Punxit *eum ſcorpio, &c. ccap. Gi.* Percuſſit *flagello. ccap &* ب *inſtr. Ca.* Inflixit *ei flagelli ictus. ccga. Gi.* 2, *mediâ Kesratâ*, *Fut. O*, Linxit *mel. cca.* 3, *i.q.* لصق *&* لصب, *aut pro iis*, Adhæſit inhæſitve *rei. cc* ب. *Gi.*

لَسْبٌ *Act. ſign.* 1, 2, 3. لُسُوبٌ *&* لُسُوبٌ Quod lingitur lingive poteſt. *& hinc* Aliquid. *Ca.*

I. لَسَدَ, *Fut. A. Act.* لَسْدٌ; *&* لَسِدَ, *Fut. A*, *Act.* لسد *Lésedon*, Suxit *hædus ubera matris ſuæ, pecul. lac omne* hauriens. *cca. item* Lambit *vas*: linxit *mel. cca. Gi.Ca.*

مِلْسَدٌ Multum ſugens cameli *pullus. Ca.*

I. لَسَعَ, *Fut. A*, *Act.* لَسْعٌ, Punxit *ſcorpio, &c. cca. pecul.* aculeo: *ut* لدغ de ore. *Gi. Ca. item* Punxit & fodicavit *linguâ ſuâ homo* maledicus. *ccap &* ب *inſtr. Gi.* Abiit *per terram. cc* في. *Ca.* IV. *i.q.* اغري, Concivit inimicitias *inter eos. cc* بين *p. Ca.*

لُسُوعٌ Fiſſuræ. *Ca.* مَلْسُوعٌ *&* لَسِيعٌ Punctus. *Gi. Ca.*

لُسَعَةٌ Qui pungit linguâ ſuâ homines. *Ca.*

مُلْسَعٌ Conſiſtens, haud exiens loco. *Ca.*

مُلَسَّعَةٌ *i.q.* جَمَاعَةٌ, Turba, agmen. *Ca.*

I. لَسِقَ, *Fut. I. i.q.* لَصِقَ, Adhæſit. *cc* ب. 2, Pulmones lateri adhærentes habuit *camelus: quod præ multa ſit ſiti.* IV. *Tranſ τῆς ſign.* 1. *ccap &* ب *r.* VIII. *i.q. Conj.* 1 *ſign.* 1, *cc* ب. *Gi. Ca.*

لَسَقٌ *Act. ſign.* 2. *Ca.* لُسُوقٌ *Act. ſign.* 1. *Gi.*

لِزْقِي *i.q.* لَسِقِي *&* بِلِسْقِي *&* هُوَ لِسْقِي *quod vide. Gi.*

مُلْتَسَقٌ *i.q.* دَعِيٌّ, Adſcititius, adoptivus. *Gi.*

I. لَسَمَ, *Act.* لِسَامٌ, Guſtavit *aliquid. cca.* 2, لسم *Lesima*, *Act.* لسم *Léſemon*, *i.q.* لزم, *aut pro eo.* 3, Obmutuit *pec.* præ impotentia linguæ, non inopia intelligentiæ. 4, Tenuit *viam. cca.* IV. *Tranſ. ſign.* 1, 3, 4, *ſcil.* Fecit ut guſtaret. *cca.* Ad ſilentium redegit. Juſſit inſiſtere *viæ*, adegit ut teneret *eam. ccga. item* Quæſivit, petiitve *rem. cca.* X. *Idem. cca. Ca.*

I. لَسَنَ, *Fut. O*, Prehendit linguam *alicujus. ccap. &* Inceſſivit, proſcidit, linguâ ſuâ. *ccap. Gi.* Linguâ vicit. *ccap. vide Conj.* III. Linguam *puellæ* ore acceptam ſuxit. *ccap.* Punxit *ſcorpio. Ca.* 2, *mediâ Kesratâ*, Linguâ diſertus fuit. *Gi.* III. Linguâ ſermoneque *adverſus alium* contendit. *ccap.* IV. Linguæ in modum formavit *quid*, & extremitate mucronatum fecit *calceum. cca. &* Fecit ut perveniret *quid. ccga. ſic &* السن قوله *i.q.* ابلغه. *&* Mutuo dedit *illi pullum camelinum*, ut ejus conſpectu camela mulgenda plus funderet lactis. *ccga.* V. *Paſſ. hujus*, ita mutuo datus & adhibitus fuit *pullus: ac ſi lingua ejus accommodata eſſet. item* Acre fervidumque fuit *vinum. vide* لسان النار. *Ca.*

لِسْنٌ Lingua. Loquela genti propria, idioma. *Gi.*

لَسَنٌ *Plurale* ؟ لُسْنٌ *&* لَسِنٌ. أَلْسَنُ. *Gi. Ca.* لَسَنٌ *Act. ſign.* 2. Εὐγλωττία, eloquentia, facundia. *Gi.*

لَسِنٌ Εὔγλωσσος, eloquens, diſertus. *Gi. item* Mucronatus linguæ inſtar. *Ca.*

لِسَانٌ *Comm. gen. Pl.* أَلْسُنٌ, لُسُنٌ *à Maſc.* أَلْسِنَةٌ *à Fœm.* Lingua, inſtrumentum loquendi. *& ipſa* Loquela, ſermo: dictio. Epiſtola. *&* Lingua *populi, ſc.* qui *pro eo* loquitur. *ccg. itē* Lingua ſeu examen libræ. *Gi.* ذو لسانين Bilinguis *homo. Pſ.* CXXXIX, 13. لسان الثور Bu-

Bugloſſa. لسان الحمل Arnogloſſa, plantago. لسان العصافير Lingua paſſerina ſeu lingua avis, *i.e.* ſemen fraxini. لسان الصدق Encomium inſigne. لسان النار Flamma, *pec.* fumi expers. *Ca.*

لَسِنٌ لُسْنٌ No. herbæ. *Ca.* أَلْسَنُ, *Pl.* لُسْنٌ, *i.q.* لَسِنٌ. *Gi.*

مِلْسَنٌ Lapis poſitus ad portam domus quæ ſtruitur feræ. *Ca.*

مُلَسَّنٌ, *Fœm.* ة, In linguæ modum mucronatus: talis extremitate ſuâ longuſq; *calceus.* *Gi.* & Linguæ virtute, velut divina, præditus in loquendo ac diſputando. *Ca.*

مَلْسُونٌ Mendax. مُتَلَسِّنَةٌ *i.q.* خَلِيَّةٌ *de camelis.* *Ca.*

I. لَسَّ Cum vehementia edit voravitq;. *Ca.*

لَشٌ *i.q.* طَرْدٌ. *item i.q.* سُمَّاق. Rhus. & *i.q.* ماش, Genus piſi ſeu phaſeoli viridis. *Luſitanis* mungo. *de quo Garçias ab Horto Aromat. hiſtor. lib.* 11. *cap.* 21. *Ca.*

لَشْلَاشٌ Perturbatus *homo timidus.* *Ca.*

لَشْلَشَةٌ Multa vacillatio, commotio, & inquietudo in terrore. *Ca.*

I. لَشِيَ Vilis evaſit poſtquam elatus fuit. II. *Tranſ.* In nihilum redegit, abolevit. *cca.* VI. Evanuit, in nihilum abiit. *à* لا شي; *quod* nihil *notat.* *Ca.*

I. لَصَّ Latro fuit. *Ca.* II. *i.q.* رَصَّصَ, *aut pro eo,* Coagmentavit, compegit, ferruminavit, *ſtructuram. cca.* V. Latrocinia exercuit, *vel* latro evaſit. VIII. *Paſſ.* τῆς *Conj.* II. *aut* Firmiter cohæſit. *Gi.*

لَصٌّ Facere quid occultè. Occluſio portæ. *Ca. item* Latrocinia exercens, iiſve deditus. *Gi.*

لِصٌّ, *etiam* لُصٌّ & لَصٌّ, *Pl.* لُصُوصٌ & أَلْصَاصٌ, Λῃστὴς, latro, prædo. *Gi. vide &* لصت.

لَصَصٌ *Act. Ca.* & Status vitiumve ة أَلَصَّ *juxta omnes ſignificationes.* *Gi. Ca.*

لِصَّةٌ, *Pl.* لِصَّاتٌ & لَصَائِصُ, *Fœm.* ة لِصٌّ, Latro fœm. *Ca.*

لَصَّاءُ *Fœm.* ة أَلَصَّ: *pecul.* Cornu uno antrorſum, altero retrorſum vergente *ovis.* & Femora arctè cohærentia habens *mulier.* *Ca.*

لَصَاصَةٌ & لُصُوصَةٌ *Act. Ca.* لُصُوصِيَّةٌ Latrocinium. *Gi.*

أَلَصُّ Propinquas elataſque habens ſcapulas. *Gi.* & ad pectus inclinata cubita ſeu genua habens *equus*: & divaricatis, uno antè, altero retrò, cornibus *ovis.* & Propinquos ac cohærentes habens molares dentes. الص الليتين Junctas arctè & compreſſas nates habens *Æthiops.* *Ca.*

مَلَصَّةٌ Latronibus infeſtata iiſve abundans *terra.* *Ca.*

لَصْلَصَةٌ *i.q.* حَرَكَةٌ, Motus. *Ca.*

I. لَصِبَ, *Fut.* A, *Act.* لَصْبٌ, Inhæſit *vaginæ gladius.* *cc* ب. *Gi.* Cohæſit cutis *carni* præ macie. *cc* ب. *Ca.* *quod & ſimpliciter* لصب الجلد *dicitur.* *Gi. vide* لسب & لزب. *item contrà,* Laxus in digito fuit *annulus.* *cc* في. *Gi.*

لِصْبٌ, *Pl.* لِصَابٌ & لُصُوبٌ. Anguſtia (ſeu fiſſura *Meid.*) in monte *vel* valle. *Gi. Ca.* *eſtque major quàm* شعب, *minor quàm* لهب. *Ca.*

لَصِبٌ Genus tragi. *Gi. itē, uti &* لَصِبٌ لَحِبٌ, Tenax & avarus. *Gi. Ca.*

لَوَاصِبُ Putei anguſti & paucæ aquæ. *Gi.*

مِلْصَابٌ Vaginæ arctè inhærens *enſis.* *Ca.*

مُلْتَصِبٌ Anguſta *via.* *Ca.*

لَصْتٌ, لِصْتٌ, لُصْتٌ, Λῃστὴς, latro. لُصُوتٌ *pro* لصوص Latrones. *Ca. vide in* لصص.

I. لَصَفَ, *Fut.* O, *i.q.* بَرَقَ, Fulſit, Fulguravit. *Ca.*

لَصْفٌ *i.q.* رَضْفٌ, *ſeu pro eo.* *Ca.* لَصَفٌ *i.q.* أَصَفٌ, Capparis, *pec.* caulis ejus è radice erumpens. *Gi. vel* Herba alia, quæ اذن ارنب auris leporina *dicitur.* *Ca.* & Species dactyli. *Gi. item* Ariditas cutis quæ carni præ macie adhæret. *Ca.*

لَصِيفٌ *i.q.* بَرْقٌ, Fulgur, fulmen. *Ca.* أَللَّاصِفُ *i.q.* أَثْمَدُ, Stibium.

I. لَصَقَ, *Fut.* A, *Act.* لُصُوقٌ, Adhæſit. Conjunctus fuit. *cc* ب. *vide* لسق. 2, Pulmonem lateri adhærentem habuit *camelus.* *Gi.*

Gi. Ca. III. *Idem. ſign.* 1. *ccap. Ca.* IV. *Tranſ. τῆς Conj.* 1. *ſign.* 1. Conjunxit, appegit, copulavit, conglutinavit. *ccap & ب r. Gi.* 2, Fregit inciditve ſuffragines *camelæ ſuæ. cca. Ca. vel* Eo modo tractavit *camelam ſuam. cc* ب. *Zam.* VIII. *i. q. Conj.* 1. *ſig.* 1. *ſeu Paſſ. τῆς Conj.* IV. *ſign.* 1. *Ca.*

لَصَقَ *Act. τῆς ſign.* 2. لِصْقٌ, *unde* لِصْقِي & بِلِصْقِي, *i. q.* لِزْقٌ, *&c.* Qui lateri adhæret, individuus ſocius. *Gi. vide* لسق *Liskon.*

لَاصِقٌ Adhærens, conjunctus. *Gi.* لَصِيقٌ *i. q.* لصق *Liskon. &* Proximus *vicinus. Ca.*

مُلْصَقٌ Conjunctus. Adſcitus. Confœderatus. *Ca. Zam.*

مُلْصَقٌ *i. q.* لَصِيقٌ. *Zam.* مُلْصَقَةٌ *Fæ:* مُلَاصِقٌ & Juncta arctaque membra habens ac carnoſa *mulier. Ca.*

I. لَصَا, *Fut. O*, Conviciis *vel* crimine inceſſit. *pec.* adulterii accuſavit *mulierem. cca. Gi. Ca.* 2, Se recepit *ad eum* ob dubium aliquod. *cc* الى, *vel cca. Ca.*

I. لَصَيَ, *Fut. I, &* لَصِيَ, *Fut. A, i. q.* لَصَا *ſign.* 2. *cc* الى. *Ca.*

خَصِيٌّ بَصِيٌّ لَصِيٌّ *junctim* Impotens ad venerem. *Ca.*

لَضٌّ *i. q.* طَرْدٌ *ſeu* مُطَرْدٌ. *Ca. vide in* لظ.

لَضْلَاضٌ Solers, gnarus & aſtutus, *viæ dux. Ca. vide* لضى.

لَضْلَضَةٌ Cum quis reſpicit in dextrum & ſiniſtrum. *Ca. vide &* لظلظ.

I. لَضَمَ, *Fut. A, Act.* لَضْمٌ, *i. q.* عَنَفَ, & أَلَحَّ. *ccap. Ca.*

I. لَضَى Solers, gnarus & aſtutus fuit in diſcernenda ac commonſtranda via. *Ca. uti per arenoſa deſerta uſu venit. vide* لضلاض.

I. لَطَّ, *Fut. O, i. q.* لَزِمَ, Affixus & neceſſarius fuit *negotio. cc* ب. 2, *i. q.* الصق, Conjunxit, appegit. *cca. pec.* caudam ſuam inter femora *camela: uti facit ſe ad curſum componens. Gi. Ca.* 3, *i. q.* جحد, Denegavit *rem jure debitam. cca.* 4, Laxavit, dimiſit, velum. *cca.* 5, Texit, operuit. Occluſit *oſtium. cca. Gi. etiam cc* على. *Ca.* 6, Celavit *nuncium. ccar &* عن *p.* 7, Pronum conjecit *quid. cca.* IV. *Idem ſign.* 5. & *Tranſ. τῆς ſign.* 3. Impulit adegitve *aut* adjuvit ad recuſandum *quod jure deberetur. cca. Gi. Ca. item* Junxit appegitve terræ *ſepulchrum ſuum. cca. Ca.* V. *ubi in ſecunda & prima perſona dicitur* تلطيت *pro* تلططت, *ad vitandam concurrentium trium* ط *cacophoniam, i. q. Conj.* 1. *ſign.* 3. *cca. Gi.* VIII. *i. q.* تلطخ, Illitus fuit *muſco. cc* ب. & Semet texit velavitve *mulier. & Tranſ. i. q. Conj.* 1. *ſign.* 5. Operuit, velavit. *cca. Ca.*

لَطٌّ *Act. ſign. quavis. item, Pl.* لِطَاطٌ, Quod collo appenditur. *Gi.* ejuſve linea. *Meid. pec.* torques ex baccis colocynthidis tinctis. *Gi. Ca.*

لَطَطٌ *Act. τῆς ſign.* 3. *item* Vitium *τοῦ* أَلَطّ *ſeq. Gi.*

لَطَاطٌ Ductus *aut* circulus in ſuperiore equi fronte. *Meid.*

لَطَّةٌ & لَطِيطَةٌ *i. q.* لَاخِشَةٌ, Maſſæ oblongiora ſegmenta juſculo incoqui ſolita. *Meid.*

أَلَطُّ Cui elapſi *aut* eroſi ſunt dentes reſiduis radicibus. *Gi.*

مِلْطَاطٌ Mola olearia, trapetum. *Gi. &* Molile, manubrium, quo impellitur mola manuaria. *item* Trulla. Pars divergens ex ſuperiore montis latere. Ora vallis *&* fluvii. Littus maris. Calcata via. Pars una aut latus capitis. Inæquale quid extans in capite *cameli. Gi. &* Cutis capitis. *quin* totum caput. & Vulnus capitis penetrans ad pericranium, *quin* in cerebrum ipſum. *Ca.*

مَلْطُوطٌ Pronâ facie projectus *clypeus. Gi. vide Conj.* 1. *ſign.* 7.

لِطْلِطٌ Cui excidêre dentes *aut* decrepita *camela vel anus. Gi. Ca.*

I. لَطَا, *Act.* لَطْأٌ; & لَطِئَ, *Act.* لُطُوءٌ, Adhæſit *terræ. cc* ب. *ſeu* pumilus & depreſſo corpore fuit. *Gi. item* Percuſſit *fuſte. ccap &* ب. *vel propriè* Percuſſit dorſum. *Ca.*

لَاطِئَةٌ Vulnus capitis ad pericranium pertingens. *vide in* لطط & لطى. *item* Puſtula ex morſu araneæ ſimiliſve inſecti. *Ca.*

مِلْطَأٌ & مِلْطَاةٌ Vulnus pericranium attingens *vel* pervadens. *Ca.*

I. لَطَثَ Paſſâ palmâ, *vel* latiore ligno percuſſit.

cuſſit. *ccap.* Petivit *lapide.* *cc* ب. Congregavit. *cca.* Grave fuit, graviterve preſſit *negotium. ccap.* VI. Quaſſatæ ſunt inter ſeſe *unda.* & Percuſſère invicem manibus. *Ca.*

لَطْثٌ Corruptio. مَلَاطِثُ Loca portando *vel* vapulando contuſa vel attrita. *Ca.*

I. لَطَخَ, *Fut. A,* *Act.* لَطْخٌ, Percuſſit volâ manus, *aut* leniùs in dorſo. *ccap.* *vide* لطش & لطا, حطا. *item* Impegit terræ *hominem. cc* ب. *Gi. Ca.* & Siccata tritaq; fuit *res,* ut nullum apparuerit veſtigium. *Ca.*

I. لَطَخَ, *Fut. A,* Inquinavit, contaminavit. Petivit *malâ re. ccap* & ب *r.* Affricuit; impegit *crimen. Gi.* & *Paſſ. formâ* Petitus, & inſimulatus fuit. *cc* ب *r.* V. *Paſſ.* τῆς *Conj.* I. *ſign.* I. *cc* ب. *Gi.*

لَطْخٌ *Act.* τῆς *ſign.* I & 2. *Mar.* & Parva & exigua pars *de nube. cc* من. *Gi.*

لَطْخٌ Olla. لُطُوخٌ Inquinamentum quod affricatur illiniturve. *Ca.*

لِطْخٌ; & لَطَخَةٌ, *Pl.* لَطَخَاتٌ, Stultus. *Ca.*

I. لَطَرَ, *Fut. A, i. q.* جَامَعَ, Rem habuit *cum muliere. cca.* & *i. q.* لطع, *aut pro eo,* Lambit *camela pullum ſuum. cca. Ca.*

I. لَطَسَ, *Act.* لَطْسٌ, Illiſit, colliſit, *pecul.* rem latioris formæ. & lapidem lapidi. & Alapâ percuſſit. *Ca. item* Contudit. & Vehementius calcavit. III. *i. q.* لاطخ. *Gi.*

مِعْوَلٌ *i. q.* مَلَاطِسُ, *Pl.* مِلْطَاسٌ & مِلْطَسٌ: *pec.* latioris formæ. *Ca. item* Saxum quo confringuntur oſſa dactylorum. *Gi.* & *primum quoque* Ungula durior cameli *vel* equi. *Ca.*

مُتَلَاطِمٌ *i. q.* مُتَلَاطِسٌ, Agitata & in alias colliſa & quaſſata *unda. Ca.*

I. لَطَعَ, *Fut. A,* & لَطِعَ, *Fut. A, Act.* لَطْعٌ, Lambit. *cca.* Pedem illiſit in nates. *item prius* Percuſſit *eum virgâ vel fuſte. ccap. Gi.* Alapâ percuſſit *oculum. cca.* 2, *i. q.* اصاب, Contigit *ſcopum. cca.* Delevit *nomen. cca.* & *contrà,* Firmâvit, ſtabilivit. *cca. Gi.* Aquâ deſtitutus fuit *puteus.* & لطع اصبعه *Metaphoricè. i. q.* مات, Mortuus fuit. *vide in* لعق. IV. *Idem ſign.* I. Lambit. V. Dentibus præ ſenio deſtituti ſunt *cameli. vide* لطع *ſeq. Ca.* VIII. Epotavit quod in vaſe eſſet aut aquario, & ceu elingendo abſumpſit. *Gi.*

لَطْعٌ *Act. quâvis ſign. Ca. Mar. item, Pl.* أَلْطَاعٌ, *i. q.* حنك, Maxilla. *Ca.*

لَطَعٌ Albedo apparens in labiorum interiore parte: *ut ferè in Æthiopibus ſpectatur. Gi.* & Tenuitas labii. *Ca. item* Dentium defluvium: *pec.* abſque radicibus. *Gi.* & Inopia carnis, macieſve pudendi muliebris. *Ca.*

لَطَّاعٌ Qui inter edendum digitos ſugit lingitve quod iis adhæret. *Gi. Ca.*

أَلْطَعُ, *Fæm.* لَطْعَاءُ. Edentulus præ ſenio. *Gi. item Fæm.* Macro extenuatove *aut* parvo cunno *mulier. Gi. Ca.*

تَلْطِيعٌ Edentuli præ ſenio *cameli. Ca. vide Conj.* V.

I. لَطَفَ, *Fut. O,* Propè acceſſit. Benignus & propitius fuit. & Favit *illi Deus. cc* ل *p.* 2, *mediâ Dammatâ, Fut. O,* Exilis, parva & ſubtilis fuit *res.* & *ferè* cum elegantia quadam. III. *i q.* بار *Bárra,* Beneficus *in alium* fuit, favitque. Blanditus fuit. *ccap.* IV. Bene meritus fuit, benefecit *amico. ccap* & *c* ب *r. item* Juvit *camelum* immittendo veretrum ipſius in vulvam camelæ. *cca. Gi.* & Appegit junxitve *rem lateri ſuo. cca* & *c* ب. *Ca.* V. Blanditus fuit. Benignum ſe præbuit favitque *rei. cc* ل. *Gi.* VI. *Idem.* X. *i. q. Conj.* IV. *ſign. ult.* Junxit *lateri ſuo. cca* & *c* ب. *Ca.* & Veretrum immiſit per ſe *camelus* in camelam. *vide Conj.* IV. *ita* & اخلط & استخلط *in miſtura uſurpantur. Gi.*

لُطْفٌ *Act.* τῆς *ſign.* I & 2. *Gi. Ca.* Lenitudo. & Propitii *Dei* favor ac gratia. Protectio. *Gi.*

لَطَفٌ Beneficium, benemeritum, favor. Blanditiæ. *Gi.* & Facilis, ſuavis ac bene cedens cibus, &c. *Ca.*

لَوَاطِفُ Exiles & inferiores *coſtæ. Ca.*

لَطِيفٌ, Exilis, ſubtilis: *pec.* cum elegantia. *Gi.* & Quod abditam habet ſignificationem. & Qui ſubtilia & occulta novit, perſpicax. *Ca. item* Mollis. Lenis, blandus. propitius. benignus. *unde cum* ال *Epitheton Dei;* & *ipſe* Deus. *Gi.*

لَطَفَةٌ Munuſculum, donum. *Gi.* لُطْفَانٌ *i. q.* ملاطف. *Ca.*

لَطَافَةٌ *Act.* τῆς *ſig.* 2. مُلَاطَفَةٌ *Act.* τῆς *Conj.* III. *Gi.*

لَطِيفَةٌ *Fæm.* τῆς لَطِيفٌ. & , *Plur.* لَطَائِفُ,

Egregia

Egregia res; egregium factum & beneficium. *Mar.*

I. لَطَمَ, *Fut. I,* Paſſâ palmâ percuſſit. *c cap. pec.* genas. colapho cæcîdit. *cc ap. Gi. Ca.* 2, *i.q.* الصق. *Ca.* 3, *formâ Paſſ.* Maculâ frontis in malam excurrente inſignis fuit *equus. vide* لطيم *ſeq. Gi.* II. Obſignavit, ſigillo munivit, *epiſtolam. c ca. Ca.* III. Alapam inflixit alter *alteri. c cap. Gi. Ca.* V. تلطم وجهه *i.q.* ارتد *Irtedda,* Defecit à fide, apoſtata evaſit. *Ca.* VI. Invicem cæcidêre colaphis. VIII. Colliſæ inter ſeſe & conquaſſatæ ſunt *undæ. Gi.*

لَطْمٌ *Act. ſign.* 1 & 2. *Gi. Ca.* لِطَامٌ *Act.* ☩ *Conj.* III. *Mar.*

لَطِيمٌ Colapho cæſus. & *pec.* اَللَّطِيمُ Pullus cameli, quem exorto Canopo obvertit paſtor, inquiens: num Canopum vides? per Deum ne unam quidem lactis guttam deinceps præbebo, atque ita impactâ alapâ à matre dividit & ablactat. Candidâ frontis maculâ in genas excurrente inſignis *equus. vide Conj.* I. *ſign.* 3. *item* Orphanus, utroque parente orbus: & *pec.* patre: *ita ut* qui matre orbatus, عجي *Azjijon dicitur. item* Nonus, octavum in curſu ſequens, ex numero decem equorum in hippodromo certantium. *Gi. item* Moſchus. & *omne* Aroma ſeu unguentum quo tempora illinuntur. *item* Camelus admiſſarius. & لطيم لطيم Vox quâ ovis vocatur ad mulctram. *Ca.*

لَطْمَةٌ Colaphus, alapa. لَطَمِيٌّ, *Fæm.* ة, Aromaticus, aromatarius. *Gi.*

لَطِيمَةٌ, *Plur.* لَطَائِمُ, Vas aromatarium. *Ca. item* Forum aromatarium. Camelorum agmen aromata & pannos pretioſos deferens. *Gi.*

مِلْطَمٌ Corium quod limini inſternitur contra terram pulveremve. *Ca.*

مُلَطَّمٌ, *cum Teſdid multitudinis,* Maculam à fronte procurrentem habens *mala equi. Gi.* & *i.q.* لئيم, Ignobilis, illaudatus. *vel* Probris notatus, probroſè habitus. *Gi. Ca.* & الملطمان Duæ malæ genæve. *Ca.*

I. لَطَى, *Fut. I,* Adhæſit terræ: *ſeu* pumilus fuit. 2, Putavit apud *eum eſſe quid. c cap* & ب *r.* 3, *i.q.* اثقل, Gravavit; gravis extitit. *c cap.* V. Expectavit *hoſtem* & captavit occaſionem ſocordiæ: *aut* cùm quid peteret ab iis, partem cepit opum gregiſve *eorum,* quâ prævaleret. *cc* على. *Ca.*

لَطَاةٌ Terra. Locus. *Ca. item* Latrones propinqui. & Frons, ejuſve medium. *Gi. Ca.* دائرة اللطاة Macula circuluſve in equi fronte. القي بلطاة *i.e.* بثقله. *Gi.*

مِلْطَى, مِلْطَاةٌ, مَلْطَاةٌ (*etiam* مَلْطِيَةٌ *Ca.*) Vulnus capitis deſinens ad pericranium. *Gi.*

I. لَظَّ Aſſiduus fuit continuòque inhæſit. Inſtitit. *Ca.* IV. *Idem utrâque ſign. cc* ب *p.* & *fere c* في *r. ita* & Indeſinenter duravit *pluvia.* Continuò ſubſtitit verſatuſque fuit *aliquo loco. cc* ب. *Gi. Ca.* VI. *i.q.* تطارد. *Ca.*

لَظٌّ *Act.* & *i.q.* طَرْدٌ. *Ca. vide* لَصٌّ. *item, etiam junctim* لظ كظ, Vir difficilis duruſque. *Gi.*

لِظَاظٌ *Act. Ca.* مُلِظٌّ *i.q.* مُلِحٌّ & مِلْظَاظٌ *i.q.* مِلْحَاحٌ. *Gi. Ca.*

مُلِظَّةٌ *i.q.* مُسَالَةٌ. *à Conj.* IV. *Ca.* مُلَاظَّةٌ Aſſiduitas & conſtantia *in prælio. cc* في. *Gi.*

I. Q. لَظْلَظَ, *Act.* لَظْلَظَةٌ, Huc illuc movit torſitque ſe *ſerpens: atque ita* huc illuc vertit caput præ ira vel indignatione. II. *Idem utrâque ſign. Ca. vide* لَضْلَض.

لَظْلَاظٌ *i.q.* حَارٌّ, Calidus, fervens, *dies. Ca.*

I. لَظَا, *Fut. O,* Confûgit ad petram *vel* in ſpeluncam. *Ca.*

I. لَظِيَ, *Fut. A, Act.* لَظًى, Arſit, flammam emiſit, *ignis.* IV, V & VIII. *Idem. Gi. Ca.*

لَظًى Ignis, ejuſve flamma. *Gi. Ca.* لَظَى *Fæm.* & *Dipt.* Nomen inferni ſeu ignis infernalis. *Gi. Ca.*

IV. أَلْعَى Produxit *terra* لُعَاعَةً. V. & *pro eo* تلعي, *ne cacophoniam pariat trium* ع *concurſus,* Accepit carpſitve prima plantarum germina. *Gi. vide* لعاع *ſeq.*

لَعٌّ *i.q.* لَعًا & لَعْلَعٌ. *vide in* لعي. *Ca.*

لُعَاعٌ, *ceu Coll.* Primum germen plantæ *aut* pabuli, cum primùm apparet. *Gi. Ca. Meid.*

لَعَّةٌ Pudica ac formoſa. *Ca.* لُعَاعَةٌ *ceu Unit.* ☩ لعاع: *unde dicitur* الدنيا لعاعة. *Gi. item* Cichorium. & Pabulum levis faciliſque paſtus ſeu tenerum. & Ubertas anni aut pabuli. & Hauſtus vini. *Ca.*

لَتَّاعَةٌ Qui fruſtra modulari ſtudet. *Ca.*

لَعِبعَةٌ Panis è dora ſeu milio piſtus. *Gi.*

I. Q. لَعْلَعَ *i. q.* بَصْبَصَ, Motitavit. *cca.* 2, Fregit *oſſa aut ſimilia. cca. Gi.* 3, Micuit *aqua ſpecies* سراب *Serâbon dicta. vide* لعلع *ſeq. &* لالا. *Mar.* II. *Idem. & Paſſ.* τ *ſig.* 2. *Gi.* Dixit *illi* لعلع. *cc* ب. *Ca. &* Contorſit ſe commotuſque fuit *præ fame aut ſiti. cc* من. *ita &* Linguam præ ſiti exeruit *canis.* Infirmus debiliſque fuit ex morbo *vel* laſſitudine. *Ca.*

لَعْلَعٌ *i. q.* سَرَابٌ. *item* Nom. montis qui pugnâ celebris. *Gi. &* Nom. arboris quæ in Hizjâza provenit. *nec non* Lupus. *Ca.*

لَعْلَاعٌ Puſillanimus, timidus. لَعْلَعَةٌ *Act. &* Moleſtia angorve ex fame *aut* alia re. *Ca.*

مُتَلَعْلِعٌ Concretum lentumque *mel*, ſeu cohærens cùm attollitur. *Ca.*

I. لَعَبَ, *Fut. A,* Salivavit ore, ſalivam effluere ſivit *infans. Gi.* 2, *mediâ Keſratâ, Idem. Ca. item* Luſit. *cc* ب. *Gi.* II. *contr.* τῷ جد, Luſui vacavit; nugatus & ludificatus fuit. *Ca.* III. Colluſit *cum eo mulier. ccap. Gi.* IV. *i.q. Conj.* I. *ſig.* 1. *& Tranſ.* τ *Conj.* I. *ſig. ult.* Effecit ut luderet. *ccap. & abſolutè* Adduxit produxitve rem ludicram, *aut* quâ luderetur. *Ca. &* Salivam produxit & ore emittere cœpit *infans.* V. Luſitavit, iterum atque iterum luſit. *Gi. & i.q. Conj,* II. *Ca.* VI. *Idem. Ca.*

لَعْبٌ *Act.* τῆς *ſign.* 1. *Gi. item, uti potius*

لِعْبٌ & لَعِبٌ, *Act.* τ *ſign.* 2. Luſus. *Gi. Ca.*

لُعَبٌ *Plur.* τ لُعْبَةٌ, Ludi. *Meid.*

لُعَابٌ Saliva ex ore manans: *uti* infantium. & Mucilago. *ita* لعاب النحل *dicitur* Mel. لعاب الشمس Res in aëre fervidiore conſpicua telæ aranearum inſtar. & *i.q.* سراب *Serâbon. Gi.*

لَعَّابٌ Luſor, ludio: ludorũ inſtructor. *Meid.*

لَعُوبٌ Ludens, pulchra & lepida, *puella. Gi.*

لَعْبَةٌ Luſio una. *Gi. &, ſicuti* لُعْبَةٌ, Ludus cujuſcunque generis: *uti latrunculorum, calculorum, chartarum. item poſterius hoc Leeûbaton,* Res luſoria, quâcunque luditur. & talis homo. & *peculiar.* Pupula. اللعبة البربرية Res ſimilis hermodactylis.

لِعْبَةٌ Ludendi modus. *Gi. item* Veſtis ſine manica, quâ ludit puer. *Ca.*

لُعَبَةٌ, تِلْعَابَةٌ, تِلْعَابٌ, تِلْعِبَةٌ, Multùm ludens, luſui deditus. *Gi. Ca.*

لَعِبَانٌ Multũ ludens: ludibundus. *Ca.* لُعَابِيٌّ Mucilaginoſus. *Meid.*

مَلْعَبٌ Locus ubi luditur. ludicrum. *Gi. item* Vallis. *Gen.* XIV, 17.

تَلْعَابٌ *Act.* τῆς *Conj.* I. *ſign.* 2. Luſus. *Ca.*

تَلْعِيبٌ Salivatio, ſalivæ fluxus. *Lev.* XIV, 3.

مُلَاعِبٌ. مَدَارِجُهَا. *Ca.* *i.e.* مَلَاعِبُ ٱلرِّيحِ

خَالِعُ ظِلِّهِ *i.q.* مُلَاعِبُ ظِلِّهِ Colludens. Nom. avis. *Gi.*

مَلْعُوبٌ Salivans *os infantis. Gi.* مَلْعَبَةٌ Locus luſus. & Ludicrum. *Ca.*

مُلْعِبَةٌ Veſtis ſine manicis, quâ pueri ludunt. *Ca.*

أُلْعُوبَةٌ Luſus. ludicrum. مُلَاعَبَةٌ *Act.* τ *Conj.* III. *Gi.*

إِسْتَلْعَبَ Cum palma بُسْرًا profert poſt putationem. *Ca.*

I. لَعِثَ, *Fut. A,* Tardus ac gravis fuit. *Gi.*

أَلْعَثُ Lentus & tardus. *Ca.*

I. Q. لَعْثَمَ, *Act.* لَعْثَمَةٌ, Cunctatus, immoratus, patientiâ & attentione uſus fuit. *etiam* Non auſus fuit, defecit. *cc* في. *Ca.* II. *Idem per omnia. Gi. Ca.*

I. لَعَجَ, *Fut. A, i.q.* خَلَجَ, *aut pro eo*, Commotus fuit *in pectore. Ca.* Dolore affecit *ictus. ccap. &* Uſſit cutim *verber. cca. Gi. Ca.* III. Graviter preſſit anxitque *res. ccap.* IV. Accendit & excitavit *ignem in ligno. ccaτ &* في. VIII. Malè habuit, uſtus anxiuſque animo fuit ex ſolicitudine. *Ca.*

لَاعِجٌ Vehemens & urens *amor. Gi.* مُلْتَعِجَةٌ Ardens venerea libido. *Ca.*

I. Q. لَعْذَمَ, *Act.* لَعْذَمَةٌ. *i. q.* لَعْثَمَ, *aut pro eo.* II. *i.q.* اكل, Comedit, voravit *quid. cca. Ca. vide* لعذم.

I. لَعَسَ, *Fut. A, Act.* لَعْسٌ, Momordit. 2, *me-*

2, *mediâ Keſratâ*, Pulchrè nigricavit labiis. *Ca*.

لَعَسٌ *Act.* ✝ *ſig.* 2. *Gi.* لَعُوسٌ Aliquid. لَعْوَسٌ Lupus. Homo celeriter comedens aviduſque. *Ca*.

أَلْعَسُ, *Fœm.* لَعْسَآءُ, *Pl.* لُعْسٌ, Pulchrè nigricans labio. *Ca. vel ccg labii. Gi.* Multa ac denſa *planta*. *Ca.* Subnigricans colore ſuo *puella* cum mixtura rubedinis. *Gi. vel cc* في *coloris. Ca. vide* اسفع.

مُتَلَعِّسٌ Vehementer avidèque vorans. *Ca*.

V. تَلَعَّصَ *i.q.* تَعَسَّرَ, Difficilem ſe præbuit. *cc* على *p. Ca*.

لَعَصٌ *i.q.* عُسْرٌ, Difficultas, durities. *&* Guloſitas in cibo potuque. *Ca*.

I. لَعَضَ, *Fut.* ـَ *A*. Apprehendit *eum linguâ. cc ap &* ب *r. Ca.*

لَعْوَضٌ *i.q.* إِبْنُ آوَي, Hylax. *Ca. vide in* اوي.

I. لَعَطَ, *Fut. A*, Cauterio uſſit per colli latitudinem. *cca.* لعطه بجعقه *i.e.* اتقاه به. *Ca.* Ex adverſo oppoſuit aut æquavit rem rei. *Mar. item* Petivit contigitve & læſit *ſagittâ vel oculo maligno. c c ap. Ca.*

لَعْطٌ *Act. item, Pl.* أَلْعَاطٌ, Linea in facie, quales ſibi Æthiopes inducunt. *Ca*.

لُعْطٌ Tranſitus, *ſc.* locus, juxta latus ſepti *vel* montis. *Ca*.

مَرَّ لَاعِطًا Tranſivit juxta latus parietis *vel* montis. *Ca*.

لَعْطَاءُ Nigro ductu per colli latitudinem notata *ovis. Gi.*

لُعْطَةٌ Oculus malignus ejuſve noxa. *&* Nigredo rubedini miſta in capite accipitris. *vide* سفعة. *Gi. &* Nigredo per latitudinem colli ovini apparens. *item* Linea nigra *aut* flava quâ mulier genam notat. *Ca*.

مَلْعَطٌ Planta quæ paſcendo carpitur lambiturve. *&* Pabulum ſeu paſcuum propinquum circum tentoria. *Ca*.

مُلَعَّظَةٌ Puella obeſa, procera & corpulenta. *Ca*.

I. Q. لَعْظَمَ, *Act.* لَعْظَمَةٌ, Avidè voravit *carnem. c c a. Anon. Ind. vid.* لعذم *&* لعط.

لع

IV. أَلْعَقَ Sanguinem linxit, extremitate linguæ hauſit *leo, camelus. & i. q.* جرن. 2, Compoſuit ſe ad inſiliendum. 3, Intuitus fuit, palpebras modò contrahens, modò remittens. V. *Idem. ſign.* 2. *Ca*.

I. لَعِقَ, *Fut. A.* Linxit, lambit. *cca. &* لعق اصبعه Linxit digitum ſuum, *Metaphoricè i.q.* مات, Mortuus fuit. *Gi. vide in* لطع. VIII. *formâ Paſſivi*, Mutatus fuit *color ejus. Gi. Ca*.

لَعْقٌ *Act.* وَعِقٌ لَعِقٌ, *ita junctim*, Avidus. *Gi.*

لُعَاقٌ Quod lingit quis de cibi reliquiis in ore ſuo reſiduis. *Ca*.

لَعُوقٌ Parum intelligens. لَعُوقٌ Linctus, quod lingitur. *Ca*.

لَعْقَةٌ *&* لُعْقَةٌ *Act. item prius Nom. vicis*, Linctus unus. *& hinc* Parum *virentis pabuli, &c. Ca. & poſterius* Quod lingitur, linctus. *Gi.* Quod *vel* quantum cochleari ſumitur. *Ca*.

مِلْعَقَةٌ, *Pl.* مَلَاعِقُ, Cochlear. *Gi.*

لَعْلٌ *Perſ.* Gemmæ ſpecies, *ſc.* rubinus.

لَعَلَّ, *ex* عَلَّ *&* لَ, Forſan. لَعَلِّي *&* لَعَلَّنِي Fortè ego: *& ſic cum aliis Affixis. ſive caſum ſive ſpem notat. Gi. Ca.*

II. Q. تَلَعْثَمَ *i.q.* تَلَعْلَمَ, *aut pro eo. c c* في. *Ca*.

لُعْمٌ *i. q.* لُعَابٌ, Saliva ex ore fluens, mucilago. *Ca*.

لَعَامِظٌ *&* لَعَامِظَةٌ. *Pl.* لُعْمُوظَةٌ, لُعْمُوظٌ, لُعْمَظٌ, Avidus, guloſus: gulo. *vide* لعظم. *Gi. Ca. item ſecundum i. q.* طفيلي; *quod in* طفل *vide. Ca.*

لَعْمَظَةٌ *&* لِعْمَاظٌ Sumpto extremis dentibus oſſe implere os ſuum. *item prius* Vanus jactator. *Ca*.

I. لَعَنَ, *Fut. A, i.q.* طَرَدَ, Abegit, & procul eſſe juſſit: *pec.* ab omni bono. Maledixit. *ccap. Gi.* II. *i.q.* عذب, Punivit: ſupplicio & tormentis affecit. *ccap. Ca.* III. Execratus fuit: maledixit alter *alteri. ccap. Gi. Ca. & i.q.* حكم, Judicavit, ſententiam dixit *inter eos judex. cc* بين. VI. *i. q.* تشاتم *&* تماجن, Maledixerunt invicem. VIII. *Idem. Ca*.

لَعْنٌ *Act.* Maledictio. أَبَيْتَ اللَّعْنَ, *encomii aut*

aut gratulationis formula, Nihil feciſti, nihilve facias, quod maledictione *aut* maledictis dignum. *Gi. Ca.*

لِعَانٌ *Act.* ✢ *Conj.* III. *& Pl.* ☿ لَعْنَةٌ *ſeq. Gi.*

لَعِينٌ *Comm. gen.* Maledicus. Execrandus. anathemate percuſſus, diris devotus. 2, *etiam* Maledicens aliis *mulier.* 3, Transformatus: *pec.*in fœdiorem formam deformatus. 4, اللعين *&* الرجل لعين Mormolycion, terriculum, quod erigitur ad feras à ſatis prohibendas. *Gi. Ca.* *item* اللعين Satanas. *Ca.*

لَعْنَةٌ, *Pl.* لَعَنَاتٌ *&* لِعَانٌ, Maledictio: diræ, anathema. لعنة الله عليه Maledicat ei Deus. *Gi.*

لُعْنَةٌ Anathemate dignus & execrabilis homo. *Ca.*

لُعَنَةٌ, *Plur.* لُعَنٌ, Execrator, qui multùm maledicit aliis. *Ca.*

لَعِينٌ. i.q. مَلْعُونٌ *&* مُلَعَّنٌ, لِعَانِيَّةٌ Maledictio. Maledictus, execratus. *Ca.*

تَلْعِينٌ *Act.* ✢ *Conj.* II. مَلْعَنَةٌ, *Plur.* مَلَاعِنُ, *i.q.* قَارِعَةُ ٱلطَّرِيقِ. *Gi. &* Latrina, locus ubi corporis excrementa deponuntur. *Ca. &* Diverſorium, manſio hominum. *Gi.*

مُلَاعَنَةٌ *Act.* τῆς *Conj.* III. *Gi. Ca.*

V. تَلَعَّى *i.q.* تَعَقَّدَ, Concrevit *mel. item* Cepit legitve لاعية plantam. *& pro* تلعع: *quod in* لعع *vide. Gi. Ca.*

لَعْوٌ *&* لَعًا Malus indole *&* ſtirpe *vir. item* Avidus guloſuſque. *Gi. Ca.* 2, لعا لك *formula eſt quâ cæſpitanti bene precari ſolent:* ut reſurgas à lapſu. *Gi.*

لَاعٍ Qui terretur re minimâ. *Ca. & i.q.* لاحس, *aut pro eo*, Lingens. *hinc* ما بالدار لاعي قرو *Karwin;id eſt,* لاحس عس *Oſſin*, Domi haud ullus eſt. *Gi.*

لَعْوَةٌ *&* لَعًا, *Fæm.* ☿ لَعْوٌ *&* لَعَاةٌ, Avida, vorax; *canicula. Gi. & cum* ال, *ipſa* Canicula. *Ca. item* لعوة Vehementia *famis. &* Certum Arabum genus. *Gi. item* لَعْوَةٌ *&* لُعْوَةٌ Nigredo circum papillas conſpicua. *Gi. unde* ذو لعوة *Lówatin* Nom. regis cujuſdam Himjaridarum. *Gi.*

لَعِيٌّ, *Fæm.* ☿, *Pl.* لَعِيٌّ, *i.q.* لَعْوٌ. *Ca.*

لَاعِيَةٌ *Fæm.* ☿ لَاعٍ. *&* Nom. arbuſculæ lactariæ, fulvo flore, necantis piſces. *Ca.*

أَلْعَاةٌ *i.q.* سُلَامَيَاتٌ, Digitorum oſſa ſeu internodia. *Ca.*

لُغَةٌ, *Pl.* لُغَاتٌ Lingua, idioma. *à* لغو. *Gi.*

I. Q. لَغْلَغَ *i.q.* لَخْلَخَ, *aut pro eo*, Linguâ impeditus & barbarus fuit *in ſermone. cc* في. *& Tranſ. i.q.* لغا, *aut pro eo*, Humectavit imbuitque jure vel liquamine *offam ſuam. cca. Ca.*

لَغْلَغٌ *pro* لَقْلَقٌ, Ciconia. *at* Avis alia *juxta alios. Ca.*

I. لَغَبَ, *Fut. O & A*, *Act.* لَغْبٌ *&* لُغُوبٌ, *& mediâ Keſratâ, Fut. A, ac mediâ Dammatâ, Fut. O*, Laſſus fuit: *& quidem* quàm maximè. *Gi. Ca.* 2, *mediâ Phatatâ, Fut. O & A, i.q.* افسد, Malum intulit & corruptelam. *cc* على *p. &* Rem aliter narravit *ei* quàm ſe haberet. *ccap.* 3, Roſtrum ſuum ollæ immiſit *canis.* II. *Tranſ.* ✢ *ſig.* 1. Defatigavit. *cca. Ca.* IV. *Idem*, Laſſavit. Vexavit. *Gi. item* Vitioſè vel vitioſam alam aptavit *ſagittæ. cca. Ca.*

لَغْبٌ *Act. Gi. item* Pluma ſeu remigis pars deterior quæ ventrem reſpicit. *vide* لغاب *ſeq. Gi. &* Vitioſa nec bene dolata ſagitta. *ita &* Vitioſa loquela. *Ca. item* Debilis *&* fatuus *vir. Gi. &* Caro inter primores dentes. *Ca.*

لَغَبٌ *pro* لُغَابٌ. *Gi. quod improbat Ca.* اخذه بلغبه رقبته Aſſecutus eum fuit. *Ca.*

لُغَابٌ, *contr.* τῷ لُؤَامٌ, Sequior ala ſagittæ. *ſeu i.q.* لغب *Lagbon ſign.* 2. *Gi. Ca.*

لَغُوبٌ *i. q.* لَغْبٌ *ſignif. penult. Ca.* لُغُوبٌ *Act.* τοῦ لغب *Lágaba*, *minus rectè* ☿ لغب *Lágiba ſign.* 1.

لَغِيبٌ *i.q.* لَغْبٌ *ſign.* 2. Deterior & vitioſa pluma. *Ca.*

لَغَابَةٌ *&* لُغُوبَةٌ (*&* لَغَابَةٌ *Ca.*) Stultitia & imbecillitas. *Gi. Ca.*

لَغِيثٌ *pro* غَلِيثٌ. *Ca. quod vide.*

I. لَغَدَ, *Fut. A*, Redegit reduxitve *camelos* in viam & ordinem. *cca. Gi.* Retinuit *eum* cohibuitque *à negotio ſuo. ccap &* عن *r.* Exten-

Extendit *aurem*, ut recta eſſet. *cca.* III. اخذ على يده دون ما يريد *i.e.* لاغيه. V. Irâ exarſit & indignatus fuit. VIII. *i.q. Conj.* III. *ccap. Ca.*

لَغَادِيدُ. *Pl.* لُغْدُودٌ ؛ & أَلْغَادٌ. *Pl.* لَغِيدٌ & لُغْدٌ, Caro aut pars oris carne ſuâ conſpicua circum fauces, ſeu quæ inter palatum & gulam. *Gi. Ca.* Apophyſis carnea in interiore parte auris. *item* Infima pars auriculæ. *Ca.*

مُتَلَغِّدٌ Iratus, indignabundus. *Gi.*

I. لَغَزَ, *Act.* لَغْزٌ, Immutavit & à ſuo modo diſtorſit quid. *Ca. Mar.* IV. Involvit mentem ſuam diſtorſitque ſenſum *in ſermone. cc* في. *Gi.*

لُغَيْزَاءُ & أَلْغَازٌ ; *Pl.* لُغْزٌ . لُغَزٌ . لَغَزٌ . لُغْزٌ , أَلْغُوزَةٌ . لُغَيْزَى , Quod involutam & occultam habet ſignificationem: ænigma. *item* لغز *Logzon, Lógazon, Lógozon,* Foramen & latibulum lacertæ & muris campeſtris huc illuc occultè ductum; cuniculus ſubterraneus. *Gi. Ca. item* الغاز Viæ diſtortæ & incedenti per eas ambiguæ, labyrinthus. *Ca.*

لَغَّازٌ Obtrectator & maledicus *vir. Ca.*

لَغْوَسٌ *i.q.* لَغْوَسٌ, *aut pro eo. item* Latro perfidus & ſceleſtus. Herbæ ſpecies ad paſtum valde conducens. Tenuis & levis: *de veſte ſeu panno. Ca.*

لَغْوَسَةٌ Res incerta, de qua nil certi conſtat. & Qui præ mollitie & teneritate vacillat. *Ca.*

مُلَغْوَسٌ Crudus, non coctus. *Ca.*

I. لَغَطَ, *Fut. A, Act.* لَغْطٌ . لِغَاطٌ & لَغِيطٌ, Non intelligibiles voces edidit ſtrepuitque *populus. Gi. Ca.* 2, Gemuit *columba & catha avis. Ca.* IV. *Idem ſign.* 1. *Gi. & Tranſ.* Injecto lapide candente *lac* civit ad ſtridorem. *cca. Ca.*

لَغَطٌ & لَغْطٌ, *Pl.* أَلْغَاطٌ, Vox incondita ac ſtrepitus. *Ca.*

I. لَغِفَ In buccellas formavit & ita formatum comêdit *obſonium. cca. vide* لغم. III. *i.q.* صادق. & Oſculatus fuit. *ccap.* IV. *pro* الغف. & *alia vide in* الغاف *ſeq.* V. *pro* تلغف.

لَغِيفٌ, *Pl.* لُغَفَاءُ, Familiaris latronum ac furum, qui cum illis vivit, veſtes & res eorum cuſtodit: non tamen cum iis latrocinia exercet. & *in genere* Familiaris amicus, & aliis intimus *vir. Ca.*

لَغْفَةٌ & لُغْفَةٌ *i.q.* لُقْمَةٌ, Buccea. *Ca.*

تَلْغِيفٌ *i.q.* عَصِيدَةٌ . *Ca.* إِلْغَافٌ *i.q.* لَغِيفَةٌ, *vide Conj.* 1. & Feſtinatio, celeritas. Turpitudo & injuſtitia, quâ quis inter tractandum cum alio utitur. *Ca.*

مُلْغِفَةٌ Turba hominum ſe latrociniis dedens. *Ca.*

I. لَغَمَ, *Fut. A,* Spumam ex ore emiſit *cameliis.* Rem incertam nunciavit ſocio. *Ca. vide* لغم *ſeq.* V. Partes oris circumjacentes oblivit unguento, odoribus. *cc* ب. *Gi.* & Eas oris partes commovit *locutio.* & Pronunciavit ac dixit *quid. cc* ب. *Ca. vide* ملاغم *ſeq.*

لَغْمٌ Parum unguenti ſeu odorati linimenti. Venæ & nervi linguæ. Incertus nuncius ac rumor. *Ca.*

لُغَامٌ Spuma cameli, quam ore emittit. *Gi.*

لَغْبَاءُ Albicante facie *ovis. Ca.* مَلَاغِمُ Partes oris externæ ad quas pertingit lingua. & *quibus in camelo adhærere ſpuma ſolet. Gi.*

XI. إِلْغَانَّ, *Act.* إِلْغِيمَانٌ, Longa & convoluta fuit *herba. Ca.*

لَغَنٌ Agilitas juvenilis. لُغْنٌ Nervus in auris interiore parte. *Ca.*

لَغَنَّ. & *cum Affixis, pro* لَعَلَّ, *dialecto Temimicâ,* Fortè, forſan. *Gi.*

لُغْدُونٌ. *Pl.* لَغَانِينُ. *i.q.* لُغْنٌ *Gl. Gi.* & *i.q.* لُغْنُونٌ, *aut pro eo. pec. ſign.* 1. *Gi.* & *i.q.* خيشوم. *Ca.*

I. لَغَا, *Fut. O,* Locutus fuit. *Ca. pecul.* temerè *nec* ex animo, vana effutivit. Latravit *canis. Gi. Mar.* Temerè dedit *jusjurandum. cc* ب. *Gi. Ca.* 2, *i.q.* خاب, Excidit ſpe, propoſito. & Fruſtra fuit. 3, Imbuit pinguedine *offam ſuam. cca.* IV. *Tranſ.* τῆς *ſign.* 2. Excluſit, rejecit. irritum fecit. *cca. Ca.* & *in Paſſ. i.q.* اقتني *formâ Paſſ. Gi.* X. Captavit & attente audivit *Arabes* vernaculè loquentes. *cca. Ca.*

لَغْوٌ *Act. Gi. Ca.* & Latratus canis. *Gi. at quod reprobat Ca.* 2, *i.q.* سقط, Diminutum quid & vile. quod temere excidit ore: quod dici curarive indignum, *nec* rebus ejuſ-

ejuſdem generis annumerari mereretur: *ut* exigui precii ob exilitatem ovis aliudve pecus. *Gi. Ca.*

لَغَا *vide in* لغي *poſt.* لُغَةٌ, *Pl.* لُغَاتٌ & لُغِيٌّ, Loquela. Idioma, lingua vernacula. *Gi. Ca.*

لَغْوِيّ *i.q.* لَغْوٌ *ſign.* 2. Quod indignum de quo verba fiant, *aut* ut accenſeatur loquelæ alterive rei. *Ca.*

لُغَوِيٌّ, *perperam* لُغْوِيٌّ. Ad idioma linguamve pertinens. *Gi.*

I. لَغِيَ, *Fut. I & O*, & لَغِيَ, *Act.* لَغًا & مَلْغَاةٌ, *i.q.* اخطا, Peccavit, erravit *in dicendo. cc* في. *Ca.* 2, *mediâ Keſratâ*, Addictus fuit *rei. cc* ب. Multus fuit *in ea*: multum potavit *vini vel aquæ*, nec explevit *ſitim. cc* ب. IV. Irritum fecit *quid. & i.q.* اسقط, Diminuit, ſubduxit *quid de numero. cc a &* من. *Gi.*

لَغِيّ *i.q.* لَغْوٌ *ſign.* 2. & *i.q.* صَوْتٌ, Vox, ſonus. *Gi.*

لاغِيَة *Act.* τοῦ *ſign.* 1 & 2. *item* Obſcœna *dictio. & abſolutè*, Dictum tale, vanum & temerarium. *Gi. Ca.*

I. لَفَّ, *Fut. O*, Involvit *rem. cc a.* obvolvit. Adjunxit. Conjunxit. *cc a p &* ب *r. Ca.* Collegit, congregavit. 2, لف لفهم *Léffahum* Annumeratus iis fuit, ad eos pertinuit. 3, Miſcuit, commiſit, *duas cohortes* pugnâ. *cc a. Gi.* 4, Recuſavit *illi quod deberetur* & *eoque* prohibuit *illum. cc g a. Gi.* 5, Multus voraxque & incompoſitus fuit, *ac* ligurivit, *in edendo. cc* في. 6, Craſſo femore fuit *mulier. vide* لفاء *poſt. Ca.* II. *Idem ſign.* 1. Involvit, obvolvit: *pec.* valde multùmque. *cc a. Gi.* Corraſit *falſos teſtes. cc a.* IV. *i.q. Conj.* I. *ſign.* 1. Involvit. obvolvit. *cc a. Ca. &* Abdidit *avis caput ſuum ſub alis. cc a. & c* تحت. *Gi. Ca.* V. *Paſſ.* τῆς *Conj.* I. *ſign.* 1. *vel* Semet involvit *veſti. cc* في. VIII. *Idem. item* Luxuriarunt, & multæ ac implicitæ fuerunt, *plantæ. Gi.*

لَفّ *Act.* τῆς *ſign.* 1, 2, 3, 4. *item* Aſcititia, alterius diverſive generis turba. جاوا بلفهم Venerunt undique congregati. *Gi. Ca.*

لِفّ, *Pl.* لُفُوفٌ & أَلْفَافٌ, Genus hominum. Congregatum agmen. Conſerta arbor. Miſcella turba. *ſeu i.q. prox. præc. ſign. ult. Gi. Ca.*

لُفٌّ *Idem.* 2, *Pl.* τοῦ لَفَّاء & أَلَفّ. 3, Puellæ obeſæ & proceræ. *Ca.*

لَفَف Linguæ gravitas & impedimentum: vitium τοῦ الف *ſeq. Gi. &* Implicatio diſtortiove venæ ſeu nervi in cubito, prohibens opificem opere ſuo. *Ca.*

لُفَّاف Ex acerbo acidove dulcis. *Aſ. à miſtura gemini ſaporis.*

لَفِيف Congregatus & undecunque mixtus. *pec.* ex diverſis tribubus miſcella turba. *&* ex duobus pluribuſve generibus miſtum frumentum. *Gi. Ca. item* Familiaris & amicus *viri. Gi: ſed hoc malè pro* لفيف *ſumptum vult Ca. item* Dupliciter imperfectum *Verbum*; *& quidem vel* disjunctum, primâ radicali & tertiâ, لفيف مفروق; *vel* conjunctum, *ſc.* defectivum ſecundâ & tertiâ, *&* لفيف مقرون *dicitur.* لفيفا *Adverbialiter*, Junctim gregatimque *venimus* ex omni tribu. *Ca.*

لَفَّاء *Fœm.* τοῦ أَلَفّ, Craſſa femora habens mulier. *&*, *Dual.* لفوان *Leffawâni*, Craſſum femur. *Gi. item* Perplexi denſique rami. *Ca.*

لِفَافَة, *Pl.* لَفَائِف, Involucrum pedis aliuſve rei. faſcia, tænia. *Gi.*

لَفِيفَة *i.q.* لِفَافَة. *Mar. &* Caro extremi dorſi ſub poſtica cameli parte. *Ca.*

أَلَفّ Gravis & impeditus linguâ, cùm loquentis os implet lingua. *Gi. item* Gravis inceſſu & tardigradus *vir.* Qui juncta habet, ceu commiſta, ſupercilia. *Ca. &* Craſſus femore. *Meid. item* Impar & ſuccumbens negotiis. Vena ſeu nervus in tarſo quadrupedis. *Ca. &* Locus populoſus. *Gi.*

مِلَفّ *i.q.* لِحَاف, Lodix: pannus *ſeu* linteamen cui ſe quis involvit dormiturus. *Ca.*

مُلَفَّف Involutus. *Gi.* لِفّ, *Plur.* τοῦ أَلْفَاف, *vel Pl.* τοῦ لفّ *Luffon ſign.* 2. *Ca. item* Arbores conſertæ, invicem involutæ. *Gi.*

مُلْتَفّ, *Fœm.* ة, Involutus, conſertus. *&* tales *herbas arboreſve* continens *hortus. cc g. Gi. Ca.*

مَلْفُوف Involutus faſciis. تَلَافِيف Copioſæ, luxuriantes & perplexæ *herbæ. cc* من. *Gi.*

I. Q. لَفْلَفَ Ligurivit in capiendo cibo. *vide* لف *ſign.* 5. *&* Vacillavit *tibia cameli* ob diſtortionem venæ vel nervi. *Ca. vide* لفف *in* الف.

لَفْلَفٌ & لُفْلَافٌ i. q. ضَعِيفٌ, Debilis, infirmus. Ca.

I. لَفَأَ, Fut. A, Act. لَفْءٌ & لَفَآءٌ, Decorticavit lignum. cca. Diſſipavit ventus nubem de cæli facie. cca & عن. Abraſit. avulſit carnem ab oſſe. cca & عن. 2, Amovit. Repulit. Avertit, dimovit, ab inſtituto ſuo. ccap & c. عن r. 3, Percuſſit virgâ ſeu fuſte. ccap & ب inſtr. Gi. Ca. 4, Abſentem traduxit; obtrectavit ei. ccap. 5, Dedit ei quod deberetur univerſum, aut minus juſto. ccap. 6, mediâ Keſratâ, Superſtes & reliquus fuit. IV. Tranſ. Superſtitem ſervavit Deus. ccap. VIII. i. q. Conj. I. ſig. I. cca. Ca.

لَفَآءٌ Act. & Terra. & Res pauca. & Minus juſto. Ca.

لَفِيئَةٌ Pars carnis ſine oſſe. Gi.

I. لَفَتَ, Fut. I, Inflexit, torſit, intorſit quid linguâ ſuâ. cca & ب. 2, Detraxit corticem. Avertit, deflexit, faciem ſuam à me. cca & c من. Avulſit, abduxit à conſilio. ccap & عن r. Gi. Ca. vide لفا præc. Diſtortè impoſuit plumam ſagittæ. cca & من. 3, Reſpexit, aſpexit. Deſt. 4, Percuſſit pecus, non curans noxam inferret nec ne. cca. Ca. V. Se inflexit, reſpexit, capite in latus flexo: curavit, rationem habuit. cc إلى p vel r. VIII. Idem. cc الى. dicitur لا تلتفت لفته Liſtaho, Ne reſpice ad eum. Ca.

لَفْتٌ Act. ✝ ſign. 1 & 2. لِفْتٌ Act. ✝ ſig. 2 & 3. Mar. item

لِفْتٌ i. q. سَلْجَمٌ, Rapum. & i. q. شِقٌّ, Dimidium rei, pars una. Gi. item Vacca. Fatua. Genitalia leænæ. Ca.

لَفَتٌ Diſtorto eſſe cornu. Mar. ab الفت.

لَفَاتٌ لَفُوتٌ Fatuus & difficilis indole. Gi. Ad alium aut huc illuc reſpiciens mulier. item Perverſus, quaſi diſtortus, indole. & Moroſa in mulgendo ac vociferans camela. Ca. item Marito juncta quæ ex alio prolem habet mulier: ut ad quam reſpiciat. Gi.

لَفْتَآءُ, Fœm. ♀ أَلْفَتُ Curvis cornibus capra. & Quæ diſtorto eſt viſu. Ca.

لَفَّتَةٌ Qui percutit pecus non curans num lædat. vide Conj. I. ſign. 4. Ca.

لَفِيتَةٌ Puls craſſa, aut tale jus inſtar حَيْسٌ. per antiphraſin, ut quod vix commoveri poſſit. vide Conj. I. ſign. I. Gi.

لِفْتِيَّةٌ Ex rapis paratus cibus. Meid.

me & inviſum quid. *vide* مليخ. *Ca.* 4, *etiam mediâ Keſratâ, i.q.* مذح, *aut pro eo*, Femorum, *aut* cubiti cum callo pectoris, intertriginem paſſus fuit *homo, camelus. Gi. Ca.* II. *Idem ſign.* 1. Manum rei liquidæ ſuperinduxit. V. *Idem.* & Benedixit *alteri* ob excellentiam. *ccap. item* Nudus & inops fuit; *velut deterſo corpore.* VI. *i.q.* تصادق, تصافق, تبايع. *Ca.*

مَسْح *Act. τῆς ſign.* 1, 2, 3, 4. *Gi. Ca.*

مِسْح, *Pl.* أَمْسَاح & مُسُوح, Sagma cameli mulive. *Gi. item* Cilicium, ſaccus. *Pſalm.* XXIX, 14. & *Luc.* X, 11. & *i.q.* جادة, Via regia. *Ca.*

مَسَح *Act. τῆς ſign.* 4. & Cùm poplitem attritu lædit aſperior veſtis. *Ca.*

مَاسِح Callum pectoris cubitu ſuo ſtringens camelus; at citra ſanguinis effluxum: cùm quo camelus ille حاز *Hazzon dicitur. vide Conj.* 1. *ſign.* 4. *item* Mendax, qui palpum obtrudit. & Multùm coiens. *vide Conj.* 1. *ſign.* 1. *poſtr.* & *ſign.* 3. *Ca.*

مَسُوح Quod illinitur, *ut* unguentum. *item* Qui frequens eſt in dimetiendo, & in venereo congreſſu, & in mentiendo. & Qui multùm vagatur & oberrat. *item* Planus & æquabilis facie. & Mantile aſperius; *ut quod optimè detergit. Ca.*

مُسُوح *Act. τῆς ſign.* 3. *ult.* & *Pl. τοῦ* مِسْح. *Ca.*

مَسِيح Lévis, glaber. & talis pars argenti; *vel pec.* talis numus, non ſignatus, *vel* cujus deleta eſt ſignatura. *Gi. Ca.* & *i.q.* صديق, & *i.q.* عرق. *item* Unctus. *unde* المسيح Meſſias, Chriſtus. & *denique* المسيح الدجال Pſeudochriſtus ſeu Antichriſtus. *Tim.*

مِسِّيح Multus in dimetiendo & vagando. & المسيح الدجال Antichriſtus. *Ca.*

مَسْحة Strictura, leve quid; *vel Nom. vicis. Gi. Ca.* Unctio. *Pſalm.* CII, 4.

مُسَحَاء *Plur. τοῦ* مَسِيح, Uncti. *Pſalm.* CIV.

مَاسِحَة *i.q.* مَاشِطَة, Pectinatrix, comptrix. *Gi.*

مِسَاحَة *Act. τῆς Conj.* 1, *ſign.* 2. Dimenſio. *unde* علم المساحة Geodæſia. *Gi.*

مَسِيحَة, *Pl.* مَسَائِح, Cincinnus, ſpira comæ. *Gi.*

مَسِيحِيّ Chriſtianus. *Act. Apoſt.* XI, 27.

أَمْسَح, *Fœm.* مَسْحَاء, *Pl.* مُسْحَوَان, مُسْح, Æqualis & parvâ glareâ abundans *locus*, ubi nulla provenit planta. Femorum intertrigine, aliâve poplitis ab aſperiore veſte læſus. *vide Conj.* 1. *ſign.* 4. & مسحاء Macra cruribus natibuſque *mulier. Gi.* & Quæ plana habet ubera, *etiam* æquabilem pedis plantam. *item* Luſca. Vaga. Mendax. *Ca.*

مِمْسَح Mendax. أُمْسُوح Tabula & aſſer quivis oblongior navis. *Ca.*

تَمْسَاح Mendacium. *Ca.* تِمْسَاح Crocodilus. *Gi.*

مَمْسُوح Delibutus unguento. Planam habens *faciem. cc* في. *Ca.*

I. مَسَخ, *Fut. A, Act.* مَسْخ, Mutavit, transformavit, in deformiorem formam: *pec.* ex humana in aliam. *uti rebelles quoſdam in ſimias* mutavit *Deus. ccga. Cor.* Abolevit *ſaporem rei*; inſipidum reddidit. *cca. Gi. vide in* ملخ.

مِسْخ & مَسِيخ Deformis. transformatus in deteriorem formam. *Ca. poſterius quoque* Inſipida *caro. Gi.*

مَاسِخِيّ Arcuarius. مَاسِخِيَّات Egregii *arcus: ita denominati ab artifice arcuario quodam,* ماسخة *dicto, ex Azditarum tribu. Gi.*

أَمْسَخ Inſipidior. إِنْمِسَاخ حَمَائِهِ *i.q.* ضُمُورُهُ, Gracilitas ejus *equi. Gi.*

I. مَسَد *Fut. O*, Contorſit *funem. pec.* egregiè firmiterve. *cca. Gi.* & Diligentem inſtituit *profectionem. cca. Ca.*

مَسْد *Act.* حَسَنَةُ ٱلْمَسْدِ Scitè à natura facta, lepida, *puella. Gi.*

مَسَد *i.q.* لِيف, Fibræ ligneæ, quibus conſtat palmæ caudex. & Funis ex iis fibris tortus; *vel* ex corii ſegmentis, piliſve cameli. *Gi.*

مِسَاد *i.q.* مِسَاب, *aut pro eo*, Culeus mellis *vel* butyri. *Gi.*

مَمْسُود, *Fœm.* ة, *i.q.* مَجْدُولُ ٱلْخَلْقِ, Egregiè factus à natura. *Gi.*

I. مَسَط, *Fut. O*, Manum immiſit in vulvam *equæ*, ut minùs egregii admiſſarii injectum ſemen educeret. *cca.* 2, Strinxit digitis ſuis *inteſtinum*, *vel* manu *utrem*, ut expri-

meret

meret quod ibi contineretur: *cca. Gi. Ca.* & Madefactum *pannum*, manu expreſſit. *cca. Ca. denique* Percuſſit, perſtrinxit, *flagellis. ccap. Ca.*

مَاسِطٌ Spec. plantæ æſtivæ, quam depaſti cameli vermina vel tormina ventris patiuntur. 2, Aqua ſalſa: *pec.* ventrem lædens: *vel quòd omnis ventri nocet torſione quâdam. Gi.*

مَسِيطٌ Aqua impura. *Ca. peeul.* reſidens in aquatorio lacu. *Gi. item* Lutum. & Admiſſarius irriti congreſſus. *Ca.*

مَسِيطَةٌ *i. q.* مَسِيطٌ. 2, *Dimin.* مُسَيِّطَةٌ, Vallis per quā parvus labitur aquæ fluxus. *Gi.*

مِسْعٌ *i.q.* نِسْعٌ, *ſeu pro eo.* Septentrio, aparctias *ventus. Gi.*

مَسْعِيٌّ Vir multùm incedens, ſeu huc illuc proficiſcens. & Ad eam rem valens ac robuſtus. *Ca.*

I. مَسَكَ Tenuit apprehenſum. retinuit. continuit. prehendit. *cc* ب. 2, *pec.* aquam *uter.* 3, *mediâ Keſratâ*, Cohibuit ſe & abſtinuit. II. Muſco imbuit miſcuitque. *cca.* & Arrham dedit *illi. ccap. Ca. vide* مسكان. IV. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *cca. vel c* ب. 2, Cohibuit ſe *à loquendo. cc* عن. V. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *cca. vel c* ب. VI. Partes habuit inter ſe cohærentes. *Gi. Ca.* & *i.q.* تمالك, Potuit. *cc* ان *An. Gi. Mar.* X. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1 & 2, Tenuit, retinuit. continuit. *cc* ب. Se continuit. *Gi. Hiſt. Sar.*

مَسْكٌ, *Pl.* مُسُوكٌ, Corium. *Gi. Ca. pec.* hœdinum *vel* agninum. *Ca.*

مِسْكٌ *i.q.* مُسْكَةٌ *ſign. penult.* & *ult. Ca. item,* *Perſicâ origine*, Muſcus, pretioſum odoramenti genus: *quod ab odore Arabibus* المشموم *vocatur. Gi.* & *i.q.* وافر & عقل. *Ca.*

مَسَكٌ Tunica inhærens capiti infantis *vel* equulei. *Ca.* & *Plur.* τοῦ مسكة *Meſécaton ſeq. Gi.*

مُسَكٌ *Pl.* τῆς مُسْكَةٌ. & *Pl.* τῆς مُسَكَةٌ. *Ca.*

مُسُكٌ Tenax; avarus. مَسَاكٌ Tenacitas: avaritia. 2, Obex aquarius. *Gi.*

مَسِيكٌ & مِسِّيكٌ *i.q.* مُسُكٌ. *Gi. Ca.* & *ſecundum* Aquam multùm retinens *uter. Ca.*

مَسْكَةٌ Pars τῆς مَسْكٌ. *Gi. Ca.* مِسْكَةٌ Pars τῆς مِسْكٌ muſci. *Ca.*

مُسْكَةٌ Quo quid tenetur. *ita* & Alimentum quo continetur corpus. & Exuperans intellectus. *Ca.* Tenacitas. Pars *boni* reliqua. *cc* من. Durioris terræ & ſemet continens puteus. *Ca.* & Locus durus in puteo qui foditur. *Gi.*

مَسَكَةٌ Compes. *vel* armilla ex oſſe teſtudinis *vel* ebore. *Gi. Ca.* حسكة مسكة Strenuus. *Ca.*

مُسَكَةٌ Tenax, avarus. *Gi.* مَاسِكَةٌ *i.q.* مَسِكٌ *præc. Gi.*

مُسْكَانٌ Arrha. *ut quâ tenetur quis. Ca.*

مَسِيكَةٌ *Fœm.* τῆς مَسِيكٌ. & Præ duritie ſua aquam continens *terra*, ne deſcendens pereat. *Ca.*

إِمْسَاكٌ & مَسَاكَةٌ Tenacitas. avaritia. *Gi.*

مُمَسَّكٌ Muſci odore imbuta ac perfuſa *veſtis. Gi.*

VIII. إِمْتَسَلَ *i. q.* إِسْتَلَّ, *vel pro eo,* Evagina eduxit *enſem. cca. Ca.*

مَسَلٌ *pro* مَسِيلٌ; & مَسِيلٌ, *Plur.* مُسْلَانٌ, & مَسَايِلُ, أَمْسِلَةٌ, مُسُلٌ, Locus torrentis ſeu fluentis aquæ. *Gi. Ca. vide in* سيل.

مِسَالٌ, *Dual.* مِسَالَانِ, Latus barbæ *viri. Gi. in* سيل *vide.*

مَسَالَةٌ Decora longitudo faciei. *Ca.*

I. مَسَا, مَسَّى, *Act.* مَسْوٌ, Manu in *camelæ* uterum immiſſâ extraxit ſperma genitale, uterumque mundavit. *cc* على. *vide in* سطا *ult.* و. 2, Reſtitavit & refractarius fuit *aſinus. Ca.* & Veſpertino venit tempore. II. Dixit *ei* quî vales veſperi? & مساك الله بالخير Veſperam felicem concedat tibi Deus. IV. Fuit evaſitque veſperi. & *abſolutè* Fuit, evaſit, *infelix. cca.* VIII. امتسي ما عنده Cepit quicquid penes eum erat. *Ca.*

إِصْبَاحٌ & صَبَاحٌ *oppoſ.* τῷ إِمْسَاءٌ, & مَسَاءٌ Veſpertinum tempus. *Gi.* مسا امس *Meſâa Emſin* Heri veſperi. مسا الخير Bonus veſper: *bene precantis formula. etiam ominantes dicunt*: مسا الله لا مساوك. *Ca.*

I. مَسِيَ (*Hebr.* [illegible] extraxit) *i.q.* مَسَا *ſign.* 1. *niſi quòd τὸ* مسي *etiam ad equam refert Ca.* 2, Extenuavit *gregem calor. cca.* 3, Com-

modam inſtituit *profectionem. cca. & pro* مسح, Palpavit ſtrinxitve manu. *cca.* V. *i.q.* تقطع. VI. *Idem.* VIII. *i.q.* عطش. *Ca.*

مَسِيّ *Act. ſign quàvis.* مِسِيّ *&* مُسِيّ, *oppoſ.* *τῷ* صبح *Sobhon,* Veſpera. *Gi. Ca.*

مُسَيّ *Dimin. τ̃* مَسَاة, Veſperula. مُسَيّا Cùm inciperet adveſperaſcere. *Gi.*

مَاسِ Qui nullum curat monitorem. *Ca.*

مُمْسَي *i.q.* إِمْسَاة, *pro Act. τῆς Conj.* IV. *item* Locus ubi quis veſperi verſatur. *Gi.*

مَسْيَانَاتُ Veſpertinis horis. *Ca.*

تَمَاسِ *ſeu* تَمَاسِيُّ *Act. τῆς Conj.* VI. *& fere Diptoton, i.q.* دواهي, Mala, infortunia. *Ca.*

I. مَشَّ. *Fut. O,* Mulſit *camelam* parte lactis in ubere relictâ. *cca.* 2, Cepit *rem opeſve* paulatim, partem poſt partem. *cca.* 3, Fricuit *manum.* abſterſit *eam: pec.* re aſperiore, mundandi ergo à ſpurcitie adipoſa. *cca.* 4, Maceravit in aqua *rem. cca. Gi. Mar.* 5, Mandit extremitatem oſſis, medullam exſugens. *Ca.* 6, مشش *mediâ Keſratâ,* Cartilaginoſi quid, ſeu oſſe mollius, pedi adnatum & extans habuit *equus. Gi.* II. Eduxit ex oſſe medullam. *Ca.* IV. Medulloſum fuit *os: pecul.* capite ſuo & extremâ parte. 2, Obtigit, contigit, *illi. cc* ل *p. Ca.* V. *i.q. Conj.* I. *ſign.* 5. VIII. Partem conſecutus fuit obtinuitve de opibus alienis. *Gi.*

مَشّ *Act. τῆς ſign.* 1, 2, 3, 4, 5. *Mar.* مَشَش *Act. τῆς ſign.* 6. *& ipſa* Illa res adnata. *Gi.*

مُشَاش Terra mollis leniſque. *item* Anima. animus. Indoles. natura. *aut* Agilitas pedum. *& Pl. τοῦ* مشاشة *ſeq. Gi. Mar.*

مُشَاشَة Caput oſſis medulloſum, quod mandi ſolet. *Gi.*

I. مَشَجَ. *Act.* مَشْج, Commiſcuit. *cca. &* Turbavit *res inter alios. cc* بين *pp. Gi. Ca.*

مَشِيج, *Pl.* أَمْشَاج, Miſta *res. vel. ut Subſt.* Miſcella. *Gi. pecul.* الامشاج Collectæ ſordes in umbilico. *Ca. &* نطفة امشاج *Nótfato* Semen virile cum ſemine muliebri ac ſanguine mixtum. *Gi.*

I. مَشَرَ Protulit frondes ramoſque *arbor, planta. ſpec.* العضاة *dicta. vide* مشرة. *Ca.* 2, *mediâ Keſratâ, Fut. A, Intranſ. Idem,* Foliis ſuis & virgultis germinavit *planta. Gi.*

II. *Idem.* & Diviſit *quid. cca. Gi. &* Amicivit. *cca. Ca.* IV. *Idem, ſign. priore. & ita* Virorem plantaſque ſuas extulit *terra.* V. *Idem ſign.* I. *Gi. Ca. item* Dives apparuit. *Gi.* Dives evaſit. *Mar.*

مِشْر Valde rubicundus *vir. Ca.*

بَشَرَة *&* مَشْرَة, مَشَرَة, *quaſi* بَشَرَة, Facies & planicies *terræ. unde* ما احسن مشرة الارض *Abſana Mesjárata* Quam pulcherrimus terræ adſpectus. اذن حشرة مشرة *Hásjraton Mesjraton* Auris bene conciſa ac elegans. *Gi. item Mesjraton* Folium *τ̃* عضاة & ſimile in alia arbore. *aut* Virgulta prima ac tenera. *Ca.*

تَمْشِير Lubentia & alacritas ad coïtum. *Gi.*

I. مَشَطَ, *Fut. O,* Pexuit. *cca. Gi.* 2, *mediâ Keſratâ, Fut. A,* Pectini ſimilia ſeu ſerrata ex adipis copia latera habuit *camela.* 2, Aſperas corrugataſque ex opere manus habuit *homo.* II. *Idem ſign.* I. *Ca.* VIII. *Paſſ. τ̃ Conj.* I. *ſign.* I. *aut* Semet pexuit. *Gi.*

مَشْط *Act. τ̃ ſign.* I. *Gi. item, uti* مَشْط, مُشْط, مُشُط, مِشْط, مُشْط, مُشُط, *Plur.* أَمْشَاط *&* مِشَاط, Pecten, quo pectitur. *item primum ſc.* مشط *Mesjton, i.q.* خلط, Miſtio. *Gi. Ca. & ſecundum, ſcil.* مشط *Musjton* Certa nota quæ camelis imprimitur. *item* Os latum ſcapulæ. *&* Oſſa metatarſi pedis. *Gi. Ca.* مشط الراعي Pecten paſtoris, dipſacus *eſt. Beith.*

مَشِيط, *Fœm.* ة, Pexa *coma.* مِشْطَة Pectendi modus. *Gi.*

مَاشِطَة Quæ egregiè pectit mulieres ſeu ſponſas, comptrix. *Gi.*

مِشَاطَة Pectendi ars. *Ca.* مُشَاطَة Quod pectendo decidit. *Gi.*

مَمْشُوط Pexus. *Gi. &* Signo مُشْط notatus *camelus. Ca.*

I. مَشِظَ, *Fut. A,* Acutiore feſtucâ infixâ cuti, *ut* ex contactu ſpinæ *vel* rami palmaris, læſa fuit *manus: vel* ita læſus fuit *homo. Gi. Ca.* Intertrigini mutuove confrictui femorũ obnoxius fuit, *ſeu* talia femora habuit: *&* nervos trans carnem apparentes oſtendit *equus.* Selegit *regionem. cca.* Accepit eripuitve quid. *ccap. Ca.*

مَشْظ *&* مَشَظ *Act. Sed* مِشْظ Pars ſpinæ, vel feſtuca infixa cuti. *Gi.*

مَشْطَةٌ i.q. خَبَرٌ خَفِيٌّ. Ca. مِشْطَةٌ i.q. شَطِيَّةٌ. Ca.

مُشَاطَةٌ & مِشَاطٌ Act. τῆς Conj. III. item primum Robur corporis. Ca.

I. مَشَعَ, Fut. A & I, Collegit. Acquiſivit, lucratus fuit. cca. امشع منه ما مشع لك Cape ab eo quicquid inveneris. vide in مشن. Mulſit oves. cca. Gi. item i.q. مزع, aut pro eo, Carpſit vel diviſit goſſipiū. cca. Mandit cucumerem. cca. Emiſit ſperma ſuum vel urinam. cc ب. Percuſſit fune. ccap & ب inſtr. II. Evacuavit edendo paropſidem. cca. V, Removit à ſe noxam vel inquinamentum: pecul. lapillo abſtergens. vide استنجى. Ca. VIII. Totum emulſit quod in ubere eſſet. cca. vide in مشق. Arripuit & ad ſe pertraxit ſocii ſui veſtem. cca. Eduxit cum celeritate enſem. cca. Gi.

مَشْعٌ Act. Gi. مَشُوعٌ Rapax lupus. Gi.

I. مَشَغَ, Fut. A, Act. مَشْغٌ, Leniùs lentiúſque edit: ut cùm cucumeres quis comedit. II. Inquinatam reddidit, commaculavit, exiſtimationem alterius. cca. Gi. Ca. vide مضح. & Rubricâ rubrâve terrâ tinxit aut infecit rem. cca. Ca. vide prox. ſeq.

مِشْغٌ i.q. مَغْرَةٌ, Rubrica. مَشْغَةٌ Panniculus tritus. item Cumulus luti qui cum infixis ſpinis ſiccari ſinitur, ut ad eas carminetur linum. Ca.

I. مَشَقَ, Fut. O, Celeriter haſtâ fodit, verberavit; conſuit; ſcripſit. & Deproperavit ictum, &c. cca. 2, i.q. مشط, ſeu pro eo, Pexuit. cca. 3, i.q. مزق, aut pro eo, Laceravit. cca. 4, In longum latumve traxit, & ita ducendo extenuavit lorum. cca. Gi. 5, Voravit meliores pabuli partes. cca. Ca. 6, mediâ Kesratâ, Femora intertrigini obnoxia habuit homo. Gi. 7, formâ Paſſivi, Procera & gracilis fuit puella. II. Tinxit terrâ rubrâ. cca. III. Trahendo & conviciando certavit contra alium. ccap. IV. Percuſſit ſcuticâ, flagellavit. ccap. V. Laceratus fuit. & Retroceſſit nox. VI. Traxerunt inter ſe carnem. cca. Ca. VIII. Rapuit quid è manu alterius. cca & c من. Gi. Totum emulſit quod in ubere eſſet. cca. & i.q. احتبس. cca. Ca. & i.q. اقتطع. cca. Gi.

مَشْقٌ Act. τ͂ ſign. 1, 2, 3, 4, 5, 7. Gi. Ca. item Certa ſpecies coïtus. & Comeſtio lenta leniſque. Ca.

مِشْقٌ Terra rubra quâ tingitur. Gi. 2, Levi carne præditus vir. Ca.

مَشَقٌ Act. τῆς ſign. 6. مَشِيقٌ Indutu trita veſtis. 2, Medio corpore gracilis equus. Gi.

مِشْقَةٌ, Pl. مِشَقٌ, Segmentum parſve lanæ. Veſtis lacera. & i.q. مشاقة ſeq. Ca.

مَشْقَةٌ Intertrigo femorum, eive obnoxia illorum forma. Ca.

مُشَاقَةٌ Quod de pexis crinibus vel lana ſimilive re decidit. Gi.

أَمْشَقُ, Fœm. مَشْقَاءُ, Pl. مُشْقٌ, Intertrigini obnoxia habens femora. Gi. Ca.

مُمَشَّقٌ Terrâ rubrâ tinctus pannus. Gi.

مَمْشُوقٌ, Fœm. ةٌ, i.q. مشق ſign. 2. Ca. & i.q. مشيق ſign. 2. item ممشوقة Egregiæ ſtaturæ conſiſtentiæve mulier. Gi.

I. مَشَلَ, Act. مُشُولٌ. Paucâ carne & gracile fuit femur. 2, Tranſ. Eduxit è vagina enſem. cca. II. Parum lactis emiſit, idque diſperſit, camela. VIII. i.q. Conj. 1. ſign. 2. cca. vide in سلل. Ca.

مَشْلٌ Modicum lactis. مَاشِلٌ, Fœm. ةٌ, Paucâ carne prædita corporis pars. Ca.

مِمْشَلٌ Qui lentè commodéque mulget. Ca.

مَمْشُولٌ Parum carnoſus femore. ccg. Ca.

مَشَائِمُ, مَشِيمٌ & شَأْمٌ. ذُو & cum مَشْؤُمٌ, & مشيمة vide in شيم.

I. مَشَنَ Percuſſit eum flagello vel gladio: pec. ſtrictim & obliquè. ccap & c ب inſtr. Leviter & ſuperficiē tenus affecit læſitve. cca. uti cùm extrema modò vulneratur cutis, citra ſanguinis effluxum. 2, Emulſit uber. 3, Obtigit, contigit. cc ل p. II. Invita & repugnans lac emiſit camela. VIII. Abrupit rem. & Cepit, abripuit. cca. & Imperat. امتشن منه ما مشن لك Cape ab eo quicquid inveneris. Ca. vide in مشع. item Strinxit enſem. cca. vide in سلل. Gi. Ca.

مَشْنٌ Act. ſign. 1 & 2. Gi. Ca. item i.q. خدش; مسح اليد بخشن & نكاح. Ca.

مُشَانٌ, مِشَانٌ, مُوشَانٌ, Species (& quidem ſuaviſſima Ca.) recentium dactylorum. pro quo & رطب المشان dicitur. Gi. item ſecundum Lupus rapax. Mulier clamoſa & impudens. & Nom. montis. Ca.

مَشَايِنُ in شين videſis. مَشْنَةٌ Nom. vicis. &

& Excoriatio cutis, *ſc.* vulnus latum minimè penetrans. *Gi. Ca.*

I. مَشَى, *Fut. I,* Inceſſit: ambulavit. *Gi.* & In inceſſu directus fuit. 2, Multo partu multâque progenie conſpicua fuit *mulier. Gi.* 3, Pecoribus abundavit. *vide* ماشية *ſeq. Ca.* II. *Idem.* 2, *Tranſ. ejus. ccap.* IV. *Tranſ.* τ̃ *Conj.* 1. *ſign.* 1. *cca.* & *ſign.* 3. & *i.q. Conj.* 11. *ſign.* 2. *ccap.* & Laxavit ad fluxum, ſolvit *ventrem. cca.* & ut fluidâ eſſet alvo effecit. *ccap.* VIII. Numeroſâ progenie vel fœturâ fuit. X. Solutâ fluidâve fuit *alvo. Gi. Ca.*

مَشَّا *i.q.* جَزَرٌ, Paſtinaca fulva: *aut* ſimilis ei planta. *Ca.*

مَشْيٌ *Act.* τ̃ *ſign.* 1. مَشَاءٌ *Act.* τ̃ *ſign.* 2. *Gi. item,* *ſicuti* &

مَشُوٌّ & مَشِيٌّ, *perperam* مَشِيٌّ, Alvum ſolvens *medicamentum. Gi. Ca.*

مَاشٍ, *Pl. ſan.* & مُشَاةٌ, Ambulans, incedens. peregrinans. Pedes. *Zjar. Euang.*

مَشَّاءٌ *i.q.* نَمَّامٌ. & مَشْيَةٌ *i.q.* وَشَاةٌ. *Ca.*

مِشْيَةٌ Inceſſus. Directio. *aut* utriuſque modus. *Gi. Ca.*

مَشِيَّةٌ Voluntas. *à* شَيَّأَ *eſt. Gi.*

مَاشِيَةٌ, *Pl.* مَوَاشِي, Quadrupes. *pec.* oves. & cameli. *item* Multæ fœturæ *camela:* multæ prolis *mulier. Gi. Ca.*

تَمْشَاءٌ *i.q.* مَشْيٌ, Inceſſus. *Ca.*

I. مَصَّ, *mediâ Keſratâ, Fut. O,* Tenui ſorbitione bibit, ſuxit. *ccar.* IV. *Tranſ.* τῆς *Conj.* 1. *ccga.* V. Lentè paulatimque ſuxit aut ſugendo bibit. *ccar.* VIII. *i.q. Conj.* 1. *cca. Gi.*

مَصٌّ *Act.* مَاصٌّ *Ag. hinc* يَا مَاصَّ بَظْرِ أُمِّهِ *convitii formula. Gi.*

مُصَاصٌ *Comm. gen. Sing. Dual. Pl.* Sincerus, purus: *de quavis re.* مصاص قومه Flos populi ſui, & genere maximè ingenuus. *item* Spec. plantæ. *Gi.*

مَصُوصٌ, *Pl.* مَصَايِصُ, Viri avida in congreſſu *mulier.* & Sperma de glande abſorbens *natura. Ca. item* Cibi genus ex cocta carne, *aut pecul.* carne avium, condita aceto. *Gi.*

مَصِيصٌ Uvida humidave terra *vel* arena. *Ca.*

مُصَّةٌ Purior & præſtantior pars *opum. Ca.*

مَصَّانٌ, *Fœm.* ة, *i.q.* مَاصٌّ. Lactens pecora præ avaritia. & يا مصان *i.q. præc.* يا ماص بظر امه. *Gi. Ca.*

مَاصَّةٌ Morbus infantis quidam. *Gi. ſunt nempe* crines in ſpina dorſi naſcentes: qui niſi evellantur, nec cibum nec potum digerit infans. *Ca.*

مِصِيصَةٌ Scutella. *Ca. item Diptoton,* مَصِّيصَةُ *minus rectè,* Mamiſta ſeu Mopſueſtia, Ciliciæ urbs. *Gi.*

مَمْصُوصٌ Gracilis *equi tarſus.* مَمْصُوصَةٌ Macra & extenuata *mulier. Ca.*

I. Q. مَصْمَصَ. *Act.* مَصْمَصَةٌ, *i.q.* مَصَّ: *pec.* extremitate linguæ: *uti* مضمض *fit* toto ore. *item* Proluit *vas. cca. Gi. Ca.*

مُصَامِصٌ & مُصَمِّصٌ Firmâ artuum compage *equus. Ca.* & *poſterius i.q.* اغبس, Gilvus ſeu flavus *equus. Gi.*

I. مَصَعَ Stringendo carpſit *plantam* detonditve *pecus. cca.* Suxit *ſalivam. cca. ut laſcivi faciunt amantes.* & Rem habuit *cum muliere. ccap.* Preſſit *ulcus* puris exprimendi ergo. *cca.* Contrectavit *camelam* insertâ in uterum manu, ut injectum extraheret ſemen. *cca. quod fit ubi concipere eam nolint. Gi.*

I. مَصَحَ, *Act.* مُصُوحٌ, Abiit. Abrupta, finita & obliterata fuit, *res.* Trita fuit *veſtis.* Retractum fuit periitve *lac camelæ.* Decrevit *planta.* Contracta fuit *umbra.* Abſtulit, aſportavit *rem. cc* ب. *Gi.*

I. مَصَخَ Detraxit cepitque *rem. pec.* folia τοῦ ثمام & دصي. *cca. Gi. Ca.* 2, *pro* مصح. *Ca.* IV. *Idem ſig.* 1. *cca.* & *Intranſ.* Fronduit *illa planta.* V. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1. *Ca.* VIII. *Idem. cca. Gi.*

مُصْخَةٌ, *Pl.* أُمْصُوخٌ & أَمَاصِيخُ, Folium τοῦ ثمام & دصي. *Gi.*

I. مَصَدَ, Coivit *cum muliere. cca. Gi.*

مَصْدٌ *Act.* & *i.q.* مَصُّ ٱلرِّيقِ, *aut pro eo,* Suctus ſalivæ. & Modus quidam lactendi. *Gi.*

مَصَّانٌ,

مَصَادٌ, *Pl.* أَمْصِدَةٌ & مُصْدَانٌ, Vertex montis. *Gi.*

مَصْدَةٌ *i.q.* بَرْدٌ, Frigus, refrigerium. *Gi.*

I. مَصَرَ Extremis digitis mulſit. & Emulſit quicquid eſſet in ubere. II. Parum lactis mulgendo reddidit & مصور facta fuit *capra. vide* مصور. & مصر الامصار Fecit conditve urbes. *cca.* V. Reliquias lactis in ubere ſuperſtites emulſit. & Paulatim mulſum fuit *lac. Gi.*

مَصْرٌ *Act. ſign.* 1 & 2. *Gi.* & Reliquiæ lactis. *Mar.*

مِصْرُ, *Comm. gen.* Metropolis Ægypti, *ſc.* Babylon. & *ipſa* Ægyptus. *Gi.*

مِصْرٌ, *Pl.* أَمْصَارٌ, *etiam* مُصُورٌ, Urbs magna. *unde Duale* المصران Cufa & Baſra. *item* Terminus, limes. & Id quod res duas ab invicem ſeparat & diſtinguit. *Gi.*

مَاصِرٌ Quæ tribus extremis digitis mulgetur *camela. Ca.* 2, Quæ paulatim mulgetur, & lac ſuum lentè reddit, vel pauci lactis, *ovis. Gi.*

مَصُورٌ, *Pl.* مِصَارٌ & مَصَايِرُ, *i.q.* مَاصِرٌ *ſig.* 2. at *de camela. item* Parum lactis reddens *capra.* quod de ove جدود *Zjedûdon dicitur. Gi.*

مَصِيرٌ, *Pl.* أَمْصِرَةٌ, مُصْرَانٌ, & *hinc P.pl.* مَصَارِينُ Inteſtinum. *pec.* continens chylum. *Gi.*

مِصْرِيٌّ Ægyptius. مُصْرَانُ ٱلْفَارَةِ (مَصْرَانُ *Ca.*) Genus deterius ac vile dactylorũ. *Gi.*

مُمَصَّرٌ Tincta ac colorata veſtis. *Meid.*

I. مَصَعَ, *Fut. A*, Commovit *caudam ſuam equus. cc* ب. 2, Percuſſit *eum* gladio. *cca.* 3, Aquâ frigidâ verberavit *uber cameleæ lactariæ.* 4, Retroceſſit, diminutum fuit defecitve *lac cameleæ ita* & Finitum fuit abiitque *frigus.* 5, Ejecit *fœtum mater. cc* ب. 6, Micuit, leviter rutilavit, *fulmen.* 7, Abiit profectuſque fuit *per terram. cc* في. II. *Tranſ.* τῆς *ſig* 4, *ſeu i.q.* مظع *Máddaa ſig.* 2. *cca.* III. Digladiatus fuit. *ccap.* IV. Imminuto lacte fuit *camela.* & tales camelas habuit *vir. vide Conj.*1. *ſign.*4. *Gi.* Fructus ſuos produxit *lycium arbor.* VI. Conflixerunt, pugnarunt inter ſeſe. *Ca.* VIII. *i. q. Conj.* 1. *ſign.* 7. *cc* في. *Gi. Ca.*

مَصْعٌ & مِصَاعٌ *Act.* τῆς *ſig.* 1,2,3,5,6,7. *Gi. Mar.*

مِمْصَعٌ Pugnax, robuſtus, digladians, *vir. Gi.*

مَاصِعٌ Rutilans *aut* micans *res. Gi. item* Aqua ſalſa: & pauca ac turbida. *Ca.*

مُصُوعٌ *Act.* τῆς *ſign.* 4. *Gi. Mar.*

مُصْعٌ, *Pl.* مُصَعَةٌ & مُصْعَةٌ, Nom. avis viridis. & Fructus τοῦ عوسج, *i. e.* lycii. *Gi.*

مَصَفٌ & مَصَاقٌ *vide in* صفق.

I. مَصَلَ Stillavit. *pec.* humida ac ſoluta *alvus.* Humoris quid aut ſeri emiſit *vulnus.* & Vaſi ex palmæ foliis aliive impoſitum fuit *lac, ſc.* coctum ſchiſtonve, ut efflueret ſerum. 2, *Tranſ.* Paravit caſeum molliuſculũ qui اقط dicitur. *Gi.* 3, Eduxit vel ſubduxit *ei quid de debito. cc* ب p & من r. 4, Corrupit & pervertit *oves vel gregem. cca. Ca.* IV. *Idem. cca.* Mulgendo prorſus exhauſit *oves. cca.* & *Intranſ.* Immaturum fœtum inſtar molis carneæ ejecit *mulier. Gi.* X. *i.q.* اسهل, Solvit *alvum. Ca.*

مَصْلٌ *Act. ſign. quâvis.* 2, Serum lactis quod effluit dum exprimitur lac coctum τοῦ اقط parandi ergo. *Gi.* & *ipſum* اقط. *Mar. Mirc.*

مَاصِلٌ Paucæ quantitatis, modicum, *donum, lac. Gi. Ca.*

مُصُولٌ *Act.* τῆς *ſign.*1. & Diſtinctio, diviſiove lactis. *Gi.*

مَصْلَاءُ Tenues cubitos habens *mulier. Ca.*

مُصَالَةٌ & مَصَالَةٌ Quod exſtillat è ciſterna. & *poſterius i.q.* مصل, Serum lactis. *Gi. Ca.*

مَصْلِيَّةٌ Cibus cum مَصْلٍ *ſive* أَقِطٍ concinnatus. *Merc.*

مِمْصَلٌ Colum tinctorium. *Ca.*

مِمْصَالٌ & مُمْصِلٌ Lac ſciſſile reddens *ovis,* antequam inditur vaſi. & *primum* Molem carneam ſeu immaturum fœtum abortans mulier. *Gi. Ca.*

مَصَامٌ & مَصَامَةٌ *à* صوم.

مَصَانٌ & مَصُونٌ *à* صون.

مَصْوَاءُ *i. q.* دُبُرٌ, Poſtica pars. podex. *Gi. Ca.* & Mulier extenuata & ſine carne femora habens. *Gi. Ca.*

مُصَايَةٌ Parva ampulla phialave. *Ca.* & Ingluvies magna avis. *Gi.*

I. مَضَّ , *Fut. A*, Malè habuit *eum* & afflixit *res. ccap. Ca. & i.q. Conj.* IV. *aut pro ea per aphæreſin* τοῦ ا: dolore affecit *vulnus. ccap. Gi.* Uſſit *os aceti vis*, *vel* oculos *ſtibium. cca.* 2, مضض *mediâ Keſratâ*, Doluit, ægro fuit animo: *pecul. ob infortunium. Gi.* II. Bibit lac acidum. *vide* مضض *poſt. Ca.* IV. Doluit *illi vulnus. ccap.* Uſſit *oculum res acrior. cca. Gi.*

مَضٌّ *Act.* τῆς *ſign.* 2. *item* Calidum & urens *collyrium. Gi.*

مِضٌّ *i. q.* لا , Non, minimè. *feci id. Gi.* مَضَضٌ *Act.* τῆς *ſign.* 2. & Dolor ac ægritudo animi ex adverſo caſu. *Gi. item* Lac acidum. *Ca.*

مُضَاضٌ *i.q.* خَالِصٌ , Purus & ſincerus. *Ca.*

مَضِيضٌ *Act.* τῆς *ſign.* 1 & 2. مَضَاضَةٌ *Act.* τῆς *ſign.* 2. *Gi. Ca.*

I. Q. مَضْمَضَ , *Act.* مَضْمَضَةٌ , Colluit os. 2, Proluit diluitve *vas aliudve. cca.* 3, Affecit leviter *oculum ſuum aliquo ſomno. cca* & ب . II. *Idem ſign.* 1. *vel* Lavit ſe ſacrâ lotione. Occupavit *ſomnolentia oculum*, *ſeu* incidit *in eum. cc* في . *Gi. Ca.*

مَضْمَاضٌ , *etiam* مُضْمَاضٌ , Collutio oris. *Gi. Ca. item prius* Acrimonia. Agilis & feſtinans vir. *Ca.*

I. مَضَحَ , *Fut. A*, Diminuit, dedecoravit, *exiſtimationem alterius. cca. Gi. vide* مشع . 2, *i.q.* رشح *cc* عن . 3, Tranſmiſit liquorem, perfluxit *uter.* 4, Diſperſi ſunt *cameli.* & Diſperſit radios ſuos *Sol. Gi. Ca.* IV. *Idem. cca. Gi.*

I. مَضَرَ , *Fut. O*, (*item* مَضِرَ & مَضُرَ ,) *Act.* مَضْرٌ , مَضَرٌ , مُضُورٌ , Acidum evaſit *lac*, *vinum ſeu ſicera*, ita ut linguam pungeret acrimoniâ ſuâ. II. مضرها الله في النار , *cum Teſdid intenſivo*, Afflixit torſitque ſeu perdidit eam Deus in igne. *Gi. item* Retulit ad Modaritas. *Ca.* V. Similis fuit Modaritis. *vide* المضرية *poſt. Gi. item* Succenſuit, iratus fuit. *Ca.*

مَضِرٌ , مَاضِرٌ , مَضِيرٌ , Acidum, aceſcens, *lac. Gi. Ca.*

هَدَرًا مَضَرًا & خَضِرًا مَضِرًا , *ita junctim, i.q.* هَدَرًا , Impunè, inultus, *effuſus fuit ſanguis ejus. Gi.*

مُضَارَةٌ Serum *lactis.* مَضِيرَةٌ Edulium ex lacte acido paratum. *Gi.*

المُضَرِيَّةُ Gens Modaritica; ita dicta à Modar fil. Nizâr: *cujus in bello inſignia rubra erant; ut Arabiæ Felicis incolarum flava. Gi.*

I. مَضَغَ , *Fut. A* & *O*, *Act.* مَضْغٌ , Manducavit *cibum. cca. Gi. Ca.* II. Vehementer *cum eo* conflixit *in pugna. ccap* & في . IV. Maturos & manducabiles dactylos habuit *palma.* & Manducari comedique idoneus fuit. *Ca.*

مُضَّغٌ Minutiæ *rerum ſeu negotiorum. Ca.*

مَضَاغٌ *Act.* Res quæ manducatur, *vel* quæ manducari poteſt. Aliquid, quicquam. *Gi.*

مُضْغَةٌ , *Pl.* مُضَغٌ , Fruſtum *carnis, &c. Gi. Ca.*

مضغة من جسد الانسان Cor hominis. *Gi.*

مَاضِغَةٌ , *Dualis* مَاضِغَتَانِ , Mandibula ejuſve radix, unde exoriuntur dentes molares. *aliis* Venæ duæ mandibulæ. *Gi. Ca.*

مُضَاغَةٌ Manſa res. *Gi.* مُضَّاغَةٌ Fatuus. *Gi.*

مَضِيغَةٌ , *Pl.* مَضَايِغُ & مَضِيغٌ , *i. q.* لَهْزَمَةٌ . *Gi.* & Caro oſſi adhærens. Muſculus. Pars carnis ſub armo equi. *Ca.* & *in genere* Pars carnis per venas ab aliis diviſa. *Gi.* & Nervus quo obligatur extrema pars arcus. *Ca.*

مُضَافٌ , مُضَافَةٌ , مَضُوفَةٌ , مَضِيفَةٌ , مُضِيفَةٌ , *vide in* ضيف .

مَضِيقٌ & *Pl. ejus* مَضَايِقُ , *quære in* ضيق .

مَضِيمٌ *à* ضيم *eſt.*

I. مَضَا , *Fut. O*, Præteriit, abiit. Tractavit *negotium*, & nervos intendit. *cc* على . *Gi.*

مَضْوٌ *Act. hujus*; *ſeu Act.* τοῦ مضي *ſeq.*

مُضُوٌّ *quoque Act. hujus. Gi.* & τοῦ مَضَى , *Rad.* * *ſeq. ſign.* 1. & 2. *Gi. Ca.*

I. مَضَى , *Fut. I*, Præteriit, abiit, *res.* Perrexit. 2, Provectus fuit *in aliqua re. cc* في . & audax fuit. 3, Secuit, ſcidit. مضى سبيله Mortuus fuit. IV. *i.q.* انفذ , Tranſmiſit, fecit ut penetraret. *cca.* V. *Paſſ. Gi.*

مُضِيٌّ *Act.* τῆς *ſign.* 1. *Gi. Ca.* مَضَاءٌ *Act.* τῆς *ſign.* 2. ابو مضاء Equus. *Gi.*

مُضَاءٌ *i. q.* تَقَدُّمٌ . *Gi.* مَاضٍ Pergens. qui abiit. Acutus. *Gi. Ca.* & *cum* ل Leo. Gladius. *Gi. Ca. item* Tempus præteritū. *Gram.* امضي

أَمْضَي Acutior, magis penetrans. provectior. *Gi. Ca.*

مَمْضُوقٌ عَلَيْهِ Tractatum acriter, *vel* executioni datum, *negotiū. Gi. Sed hoc à* مضا *præc. eſt.*

I. مَطَّ, *Fut. O, i.q.* مَدَّ, *ſeu pro eo.* Extendit. Protendit ſupercilia, *i.e.* ſuperbivit. *Gi.* Attraxit *urnam. c c a.* II. *i q.* شتم. V. Extendit *ſermonem*, *ſeu* circuitione *in eo* uſus fuit. *c c* في. *Ca. & i.q.* تمدد *ſign. ult. &* تمطي, *ſive pro iis. Gi. Ca. &* Spiſſa evaſit *aqua. Ca.*

مَطَاطٌ Lac camelinum craſſum acidumque. *Ca.*

مَطِيطَةٌ, *Plur.* مَطَايِطُ. Aqua craſſa in fundo aquatorii lacus. *Gi.*

مُطَيْطَاءُ Manuum extenſio *ac* jactatio quæ inter eundum fit. ſuperbior inceſſus. *unde* مشي المطيطاء *'lmuthaitâa* Inceſſit iſthoc modo. *Gi.*

II. Q. تَمَطَّطَ *pro* تَمَدَّدَ. *item* Lentus tarduſque fuit in ſcribendo *vel* loquendo. Craſſa fuit *aqua. Ca.*

I. مَطَرَ, *Fut. O,* Pluit *cœlum. Gi. &* Compluit. *c c a p. & Metaph.* Perfudit *eum bonis ſuis. c c a p &* ب. *item* Cepit *illud. c c a.* Implevit *utrem. c c a. Ca.* 2, *Fut. O,* Peragravit, tranſivit, *regionem. c c* في. 3, *Fut. O & A,* Celeriter inceſſit. *&* rapidè delatus fuit vectuſque *camelo. c c* ب. 4, *in Paſſ.* Compluтus & pluviam conſecutus fuit. *ita* مطر خيرا *&* بخير Perfuſus fuit bono. IV. *Tranſ. τῆς Conj.* 1. Pluere fecit *Deus cœlum. c c a p. & vulgi idiomate,* Pluit *cœlum.* Pluviam immiſit *iis Deus*, *i.e.* pluviâ afflixit *eos. c c a p.* V. *i.q. Conj.* 1. *ſign.* 1, Pluit *cœlum. & i. q. ſign.* 3, Celeriter latus fuit. *Gi.* Se expoſuit pluviæ. *Ca.* X. Pluviam rogavit *Deum. c c a p. &* Munificentiam ac beneficia petiit *ab amico*, utque iis ceu pluviâ perfundi poſſet. *c c a p. Gi. Ca.*

مَطْرٌ *Act. ꝛ ſign.* 2. مُطْرٌ *i.q.* عَادَةٌ, Mos, conſuetudo. *Ca.*

مَطَرٌ *Act. ꝛ ſign.* 1. *item, Pl.* أَمْطَارٌ, Pluvia. *Gi.*

مَطِرٌ *&* مَاطِرٌ Pluvioſus *dies.* مَطَّارٌ *&* مَطَارَةٌ Amplo ore *puteus. Gi. Ca.*

مَطَّارٌ Rapidus *equus. Ca.* مُطُورٌ *Act. ꝛ ſign.* 2. *&* 3. *Gi.*

مَطِيرٌ Compluтus. *Ca.* مَطْرَةٌ *&* مِطَرَةٌ *i.q.* مطر *Mutron præc.*

مَطِرَةٌ Continuò petax *mulier. Ca.*

مُمْطِرٌ *i.q.* مَطِرٌ *præc. Ca.* مِمْطَرٌ *&* مِمْطَرَةٌ Penula ſeu lacerna lanea, quæ contra pluviam ſuperinduitur veſti. *Gi. Ca.*

مَطْرَانٌ *&* مِطْرَانٌ, *Pl.* مَطَارِنَةٌ, *per ſyncopen à μητροπολίτης*, Metropolita. *Ca.*

مِطْرِيرٌ *i. q.* سَلِيطَةٌ, Clamoſa & impudens mulier. *Ca.*

مَمْطُورٌ *i.q.* مَطِيرٌ. *Gi. item* Qui multùm dentes perfricat. *Ca.*

مُتَمَطِّرٌ Qui rapidè fertur *eques. Gi.*

مُتَمَاطِرٌ Modò rigatus pluviâ, modò non rigatus *locus. Ca.*

مُسْتَمْطَرٌ Locus externus & conſpicuus. *Ca.*

مُسْتَمْطِرٌ Pluviâ opus habens. expetens eam, *aut* boni quid. *item* Cui contigit pluvia. *&* Quieſcens, tacitus. *Ca.*

I. مَطَسَ, *Fut. I, Act.* مَطْسٌ, Alapam inflixit, paſſâ manu percuſſit. *c c a p.* Ejecit, *pec.* unâ vice, *ſtercus. c c a, vel c* ب. *Gi. Ca.*

V. تَمَطَّقَ, *Act.* تَمَطُّقٌ, *i.q.* تَذَوَّقَ, Deguſtavit quid linguâ ad palatum alliſâ: *uti ſuavium guſtus percipitur. vide* مطقة *ſeq. &* Linguâ ſuperiori palato illiſâ excitavit ſonum. *Gi.*

مَطَقٌ Morbus نَخْلٍ ꝛ, *in Cl. Seld. cod.* نَخْلٍ. *Ca.*

مَطْقَةٌ *i.q.* حَلَاوَةٌ, Dulcedo. *Ca. ab Hebr.* מָתַק dulce & ſuave fuit.

I. مَطَلَ, *Fut. O,* Cudit, cudendo extendit, *ferrum. c c a. & in genere i.q.* مط, Extendit. prolongavit. *&* 2, Prorogavit moram ſpatiumve ſolvendo *æri alieno. c c a p &* ب *r.* III. *Idem, & eâdem conſtr. Gi.* VIII. *Idem. &* In longum excrevit *planta. Ca.*

مَطْلٌ *Act.* مُطْلٌ Parum aquæ quod ex utre effunditur effluitve. *Ca.*

مَطَّالٌ Qui cudendo conficit caſſides & ſimilia. *Ca.*

مِطَالٌ *Act. ꝛ Conj.* III. *item, uti* مَطُولٌ, Procraſtinator debiti vel promiſſi. *Ca.*

مطلة

مَطَلَة & مَطْلَة Reliqua pars aquæ in imo ciſternæ. *Ca.*

مَطْول Curſus. in longum extenſus. *Ca.*

مُمَاطَلَة *Act.* τ *Conj.* III. & *i.q.* مُكَافَحَة. *Ca.*

I. مَطَا Diligenter & properanter inceſſit. *Gi. Mar.* & Ad ejuſmodi inceſſum compulit jumentum. Traxit. extendit. *Mar.* Se ſocium amico junxit. & *i.q.* نَكَح, Sociavit ſe *mulieri*: ſubegit *eam. cca.* & من بهم في السير مطا بالقوم *i.e.*, *ſeu pro eo. item* Recentes humidoſve de racemo dactylos comedit. *Ca. vide* مطاء. IV. Pro jumento habuit, ut jumentum eſſet effecit. *cca.* V. Extenſus fuit protenſus & longus fuit *dies,&c.* & Extenſis manibus & jactato corpore ſuperbientis more inceſſit. *vide* تمطط. VIII. *i.q. Conj.* IV. *cca. Gi.*

مَطَا, *Pl.* أَمْطَاء, *i.q.* ظَهْر. Dorſum. *Gi.* & *i.q.* مطو *ſign. ult.* & *i.q.* متمطي. *Ca.*

مَطْو *Act. Gi. Mar.* 2, *Pl.* أَمْطَاء, مُطِيّ, مطا, Res longa & protenſa. *pec.* Fiſſus palmæ ramus, cujus ſegmentis ceu vinculis res aliæ colligantur. *Gi.*

مِطْو *i. q.* مَطْو *ſign.* 2. *Ca.* & Similis: ſocius. compar. *ccg. item, Pl.* مطاء *Mithâon*, Scapus racemi dactylorum. *Gi.* & Spica milii panicive. *Ca.*

مُطْوَاء *i. q.* تَمَطِّي. *vide Conj.* V. *Gi.*

مَطْوَة *i.q.* سَاعَة, Hora, momentum. *Ca.*

مَطِيَّة *Comm. gen. Pl.* أَمْطَاء, مَطَايَا, مَطِيّ, Jumentum, equus. *quòd impellitur trahiturve. Gi. Ca.*

أَمْطِي Spec. lacrymæ ſeu gummoſæ rei, quæ comeditur. *item* Æquabilis & protenſus *ſtaturâ. Ca.* Species arboris quæ in arenis naſcitur. *Gl. Gi.*

I. مَظَّ *i.q.* لَامَ, Reprehendit. *ccap.* III. *i.q.* شَاتَم, & دارع. *ccap. item* Inſtitit *adverſario ſuo. ccap.* IV. Siceſcere curavit *lignum viride humidumve. cca. Ca.* VI. Adverſati ſunt *invicem*, & contenderunt inter ſeſe. *Gi. Ca.*

مَظّ Malum punicum ſylveſtre: *ſine fructu florem profert, ex quo collectum mel exſugitur. Gi. Ca. quibuſdam ipſa* Malus punica. *Gi. Ca. item* Sanguis draconis, *arboris lacryma.* & Expreſſus ſuccus radicũ τ ارطى. *Ca.*

مِظَاظ *Act.* τῆς *Conj.* III. مُظَاظَة *Idem.* & Robur corporis. *Ca.*

I. Q. مَظْمَظَ, *Act.* مَظْمَظَة, *i.q.* ذَبْذَب. *Ca.*

I. مَظَعَ Mollivit flexilemve reddidit *nervum. cca.* II. *Idem. cca. Ca.* 2, Amputavit lignum humidum & cum cortice reliquit, ut imbiberet humorem, ne fiſſuræ obnoxium eſſet. *cca*; *vel additâ voce* ماء *aquam vel humorem. ccga. Gi.* 3, Imbuit oleo *vel* pinguedine. *çca.* V. Lingendo totum aſſumpſit *quid. cca.* & Secutus fuit *umbram* de loco in locum. *cca.* & Moram traxit ſeu retrò manſit *in paſcendo. cc* في. *Ca.*

مُظُلّ, مِظَلَّة, مَظَال *vide in* ظلل.

مَع & مَعْ & مَعَ Cum, unà cum. *ccg.* مَعًا Simul. *Gi. Ca.*

مَعْمَع Mulier tenax rei ſuæ, nec de opibus ſuis quicquam largiens. *Gi.* & Callida ac aſtuta. ذو معمع Patientiâ pollens. *Ca.*

مَعَامِع Bella, prælia. tumultus. Res magnæ & graves. *Ca.*

مَعْمَعَة Crepitus incendii in arundinib⁹ ſimilibuſve rebus: & ſonus armis certantium in bello. *Gi.* & *ipſa* Pugna, prælium. & Inceſſus ſeu profectio per æſtum. & Feſtinatio in opere, aut deproperatum opus. Vehemens radenſque terram imber. & Sæpius dicere مع Mà. *Ca.*

مَعْمَعِيّ Qui cum victore eſt, ejuſque partes ſequitur. *Gi.* Inſcriptum مع مع Mà Mà habens *numus. Ca.*

مَعْمَعَان Vehemens calor, fervor. *Gi. item, uti*

مَعْمَعَانِيّ *i. q.* شَدِيدُ ٱلْحَرِّ Vehemens calore. *Ca.*

I. مَعَتَ, *Fut. A, Act.* مَعْت, *i.q.* دَلَكَ, Fricuit *corium. cca. Gi. Ca.*

I. مَعَجَ, *Fut. A, (etiam O, Gi.)* Celeriter inceſſit *aſinus.* & Rapidè flavit *ventus. Gi.* مر يمعج Præterivit facili modo. *item* Caput in ubera matris impegit *pullus camelinus*, lactendi ergo. & Os in latera diſtorſit ut apprehenderet papillas. *Gi.* V. *i. q.* تثنى & تلوى. *Ca. vide* عمج.

مَعْج *Act. Mar. item i.q.* قِتَال & إِضْطِرَاب. *Ca.*

مُعُوجٌ Pernix *equus. Gi.* مَعْجَة *i.q.* مُعْوَانٌ *Ca.*

I. مَعَدَ Peragravit *terram. cc* في. 2, Celeriter rapidéque traxit cepitque *rem. cca.* VIII. *Idem. cca. Gi.*

مَعْدٌ *Act. item* Velox *camelus. &* Recens olus *vel* fructus. بسر ثعن معن *Busron Tadon Madon, i.z.* رخص *Rachſon. Gi.*

مَعِدَةٌ & مِعْدَةٌ Stomachus: *reſpondens τῷ* كرش *in animali ruminante. Gi.*

I. مَعِرَ, *Fut. A*, Defluvio pilorum laboravit. *Gi. &* Defluxerunt *pili. ſic &* Decidit *unguis. ita ut ab ulcere fieri ſolet.* II. Penu viatorio deſtitutus fuit. IV. *Idem. Ca. &* Opibus defectus pauper evaſit. *Gi. & Tranſ. hujus,* Exuit opibus. *ccap. Ca.* V. Defluxerunt *capilli. &* Mutatus fuit *color ejus in ira. cc* عنه. *Gi.*

مَعَرٌ *Act.* Defluvium pilorum. مَعِرٌ, *Fœm.* ة, Defluvium pilorum patiens. Paucas herbas continens *locus, terra. Gi.*

أَمْعَرُ *i.q.* مَعِرٌ *præc. Gi.* مُتَمَعِّرٌ Caperans præ ira frontem & vultu torvus. *Ca.*

I. مَعَزَ, *Fut. O*, Diſcrevit *caprum* ab ovibus. *cca; vel c* ل. *& mediâ Keſratâ,* Abundavit capris. *Ca.* IV. *Idem. Gi.* V. Contractus fuit *vultus ejus.* Vehemens curſu fuit *camelus.* X. Diligentiâ & ſtudio uſus fuit *in aliqua re. cc* في. *Ca.*

مَعْزٌ *oppoſ. τῷ* ضَانٌ, Genus caprinum. *Gi.*

مَعَزٌ *Idem. &* Durities ſoli. *Gi.*

مَاعِزٌ *Comm. gen. Pl.* مَعْزٌ & مَوَاعِزُ; *vel* مَاعِزٌ *Maſc.* ماعزة *Fœm.* Caper. *Gi. Ca. item* ماعز Corium caprinum. *Gi.*

مَعَّازٌ *i.q.* صَاحِبُ ٱلْمَعْزِ, Poſſeſſor caprarum. *Gi.*

مِعْزَى, مِعْزًى, *(&* مِعْزَاءُ *Ca.) Dimin,* مُعَيْزٌ, Pecus unum generis caprini. *eſtque aliis Maſc. aliis Fœmin. Gi.*

مَعِزِيٌّ Avarus, tenax. *Ca.* أَمْعَزُ, *Pl.* أَمَاعِزُ;

Fœm. مَعْزَاءُ, *Pl.* مَعْزٌ & مَعْزَوَاتٌ, Duræ terræ & glareâ abundans *locus. & Fœm.* Duri ſoli *terra. Gi.* ما امعزه Quam maximè vehemens duruſve eſt. *Ca.*

أُمْعُوزٌ, *Pl.* أَمَاعِزُ & أَمَاعِيزُ, *i.q.* مَعْزٌ. *Gi. Ca. item* Agmen dorcadum, (*vel* caprorum montanorum *Ca.*) *pec.* à 30 ad 40. *Gi.*

I. مَعَسَ, *Fut. A*, Perfricuit validè depſendo *corium coriarius. cca. & Metaph.* Subegit *puellam. cca. Gi.* Vilipendit. & Haſtâ fodit. *cca. Ca.* VIII. Nates per terram movendo fricuit ad eam. *Ca.*

مَعْسٌ Lac *non eſt in camela. Ca.* مِعَاسٌ Audax, intrepidus, & in pugna validus.

I. مَعِصَ, *Fut. A*, Contortum habuit pedis nervum. *Gi.* V. Doluit *venter. Ca.*

مَعَصٌ *Act.* Diſtortio pedis, ceu præ tendinis contractione. *Gi. quæ manu corrigi ſolet. aut* Dolor tendinis illius ex multo inceſſu. *Ca.*

I. مَعِضَ, *Fut. A*, Iram moleſtiamque & animi ægritudinem concepit *aliqua ex re. cc* من. II. *Tranſ. hujus. &* Male habuit *eum res. ccap.* IV. *Idem.* Irâ & dolore affecit. *ccap.* VIII. *Paſſ. hujus. aut i.q. Conj.* I. *Gi. Ca.*

مَعِضٌ & مَاعِضٌ *Ag. ſeu Partic.* مُعَاضَةٌ Circa fœturam coïtumve caudam attollens camela. *Ca.*

I. مَعِطَ Glabro corpore, ſine pilis fuit. *&* Defluvium pilorum paſſus fuit *lupus. minus rectè* Defluxerunt *pili.* V. Pilis deſtitutus, defluvio eorum affectus fuit; per morbum *vel* aliam cauſam. VII. امعط *Immáatha*, Villis & aſperitate nudatus ac lévis fuit *funis. Gi.* VIII. Exciderunt *pili.*

مَعَطٌ *Act.* Lévitas corporis ſine pilis. *Gi.*

أَمْعَطُ, *Pl.* مُعْطٌ, Lupus: *pec.* glaber, defluvio pilorum affectus. *&* Lupo ſimilis *latro. Gi.*

I. مَعَقَ Vehementer potavit. *& mediâ Keſratâ, i.q.* عمق, *ſeu pro eo,* Profundus fuit *puteus. &* Longè abfuit, diſtitit. *vide* عمق. *&* Malâ indole fuit. IV. Profundum effecit. *cca.* V. *pro* تعمق. *Ca.*

مَعْقٌ *Act. τῆς ſign.* I. *Ca. item* Profunditas. diſtantia. *Gi. item* Pravitas indolis. Vitium & corruptela ſtomachi. Proſtans pars montis. *Ca. item, Pl.* امعاق, *& Ppl.* اماعق *&* اماعيق, *i.q.* عمق, *ſeu pro eo,* Deſertum longè patens. & Terra omni carens plantâ. *Gi. Ca.*

مُعْقٌ & مَعَقٌ Diſtantia. مَعِيقٌ, *& junctim* عميق معيق, Profundus *fluvius. Gi. Ca.*

مَتْعُوقٌ Vitio ſtomachi laborans, cacoſtomachus. *Ca.*

I. مَعَكَ, *Fut. A*, *Act.* مَعْكٌ, Fricuit *corium. Gi.* 2, Volutavit *eum per terram. cca & c* في. 3, Avertit diſtinuitque *à pugnâ vel lite. ccap & c* ب. *Ca.* 4, *i.q.* مطل, Diſtulit, moram prorogavit. *ccap &* ب *r.* 5, *mediâ Keſrat.i,* Fatuus & inſulſus fuit. *Ca.* II. *Idem ſign.* 2, *ſeu* provolutari ſivit. *cca.* III. *i.q. Conj.*1. *ſign.* 4, *& eâdem conſtr.* V. *i.q.* تمرغ, *ſeu Paſſ. τ̃ Conj.*1. *ſign.* 2, Volutavit ſe. *Gi.*

مِعْكٌ, مُمَاعِكٌ, مَعِكٌ, Solvendi debiti dilator, procraſtinator. *Gi. Ca. & primum i.q.* احمق *&* الد. *Ca.*

مَعْكِي Multi *cameli.* مَعْكُوكَةٌ Multitudo *opum. Ca.*

مَعْكُوكَاءُ Malum, ærumna. *Gi. item* Tumultus. *&* Concitatus pulvis. *Ca.*

I. مَعَلَ Rapuit, abripuit, *rem. cca.* 2, Abſtraxit, dimovit: *& quidem* properè, *ab inſtituto ſuo. ccap &* عن *r.* 3, Deproperavit *negotium*: abrupit; corrupit. *cca. & Fut.* I. قطعوا بعضا عن بعض *i.e.* معلوا ركابهم, 4, Caſtravit *aſinum. cca. Gi.* 5, Fidit *trabem. cca. Ca.* 6, *abſolutè,* Properavit & celeriter inceſſit. IV. *Idem ſign.* 2. *ccap &* عن *r. Gi. Ca.*

مَعْلٌ *Act. ſign. quâvis.* مَعِلٌ Properans, celer, feſtinus. *Gi. Ca.*

مَعُولٌ Teſtes exſectos habens, caſtratus. *Gi.*

مَعَمٌّ *&* مِعَمٌّ *quare in* عمم.

I. مَعَنَ, *Fut. A, i.q.* تَبَاعَدَ, Longè provectus fuit: *uti* in curſu *equus.* 2, Fluere ſivit vel dimiſit *aquam. cca. Ca &* Fluxit *aqua. Mar. vide* معين *poſt.* 3, Succulenta & adulta evaſit *planta &* Rigata fuit *terra.* IV. *Idem ſign.* 1, *ita &* longè provectus fuit *in negotio. cc* في. *Gi.* Abdidit ſe in extremum latibuli ſui *lacerta.* 2, *i.q. Conj.*1. *ſig.*2. *poſteriore*, Fluxit *aqua.* 3, Multas habuit opes, *& contrà* paucas. 4, Abſtulit *quod jure deberet alteri. cc* ب. 5, Obſecutus fuit & ſubmiſit ſe. *Ca. vide* ماعون *ſeq.*

مَعْنٌ *Act. τῆς ſign.* 2. *poſter. Mar. item* Facilis factu *res. &* Facilis ac expeditus *vir in negotio. cc* في. *Gi. item* Longus. *&* Brevis. *nec non* Multus. *&* Paucus. *Ca.*

مَعَانٌ Aquæ. *&* Hoſpitium. *&* Nom. loci in Syria. *Gi.*

مَعِينٌ Per terræ ſuperficiem fluens *aqua. Alii volunt Partic. Paſſ. eſſe ab* عين *ſig.* 5. Ad ſcaturiendum dimiſſus *vel* apertus. *Gi.*

مَا لَهُ سَعْنَةٌ وَلَا مَعْنَةٌ Non eſt ei quicquam. *Gi.*

مَاعُونٌ, *quod quibuſdam pro* مَعُونَةٌ *eſt,* Utenſile omne domus: *ut* ſecuris, patina, ahenū, olla. *& in genere, tempore Paganiſmi ita dicebatur*, Res quævis utilis aut neceſſarii uſus: *at poſtea etiam peculiariter ita dicta fuit* Pars opum quæ Deo ſacra ſolvitur. *&* Obedientia. ſubmiſſio. اعطاك الماعون Præſtitit tibi obedientiam, & ſubmiſit ſe tibi. *Gi. pec.* obedientia erga Deum. *& quaſi contrà*, Ingratitudo. *item* Quod datur petenti: *& contrà*, quod negatur. *etiam* Pluvia. Aqua: *pec.* munda. *&* Corium. *Ca.*

مُعْنَانٌ Loca per quæ aqua fluit in alveum vel vallem. *Gi. Ca.*

مَمْعُونٌ Humore præditum & ſucculentum *gramen. Gi.*

I. مَعَا Sonuit. *vel* vociferata fuit ſuo modo *felis. vide* مغا. V. *i.q.* تمدد, Extendit ſe, & pandiculatus fuit. *&* Divulgatum fuit *malum. Ca.*

مَعَا Simul, unà. مَعْوٌ Cùm tota palma maturos fert dactylos. *vel ut Coll.* (معوة *Vnit.*) Dactyli in arbore maturi *vel* maturescentes. *item* معوة Fiſſura in inferiore labio cameli. *Ca.*

مَعْيٌ *&* مِعَيٌ, (مِعًا *Gi.*) *Pl.* أَمْعَاءٌ, Inteſtinum. *item ſecundum* Locus per quem aqua fluit in depreſſius ſolum *vel* de campo in campum. *&* معي الفار *Miâ*, Sequius quoddam dactylorum genus. *Ca.*

مَاعٍ Mollis & tener *cibus. Ca.* مَاعِيَةٌ *i.q.* مدمدمة *Modamdimaton. Ca.*

I. Q. مَغْمَغَ Mandit *carnem*, ſed non perfectè. *cca.* Obſcurâ uſus fuit *oratione. cca.* Agitavit *pannum in aqua* abluendi ergo. *cca & c* في. Caput ſuum *ollæ* immiſit *canis. cc* في. Pinguedine imbuit *offam. cca.* Miſcuit, confudit, *rem. cca. & Paſſ. ſeu Intranſ.* Confuſum fuit *negotium. Ca.*

مَغْمَغَةٌ *Act.* Confuſio. permiſtio. *Gi. item* Opus infirmum ſequiuſque. *Ca.*

I. مَغَثَ *i.q.* مَرَثَ, Maceravit *&* ſolvit *in aqua pharmacum. cca &* في. *item* Percuſſit leniter, *& quaſi* تلتل. *ccap.* Arroſit læſitque,

que, dedecoravit, *famam ejus. c c a. Gi.* III. Defricuit *alter alterum. &* Altercatus *cum eo* fuit. *Ca.*

مَغْثٌ *Act. Gi. item* Submerſio. Pugna. *& in genere* Malum. *Ca.*

مَغِثٌ Luctator validus, athleta inſignis. *Gi.*

مَمْغُوثٌ & مَغِيثٌ Proſtratum à pluvia *pabulum. Gi.*

I. مَغَدَ, *Fut. A*, Molliter & tenerè vixit. & Deliciatus fuit *in molliore vita. c c* في. 2, *Tranſ. hujus*, Tenerè educavit aluitque, & molliter ac delicatè *eum* habuit. *c c a p. Gi. Ca.* 3, Longa fuit ac luxuriavit *herba, &c.* Pingue & plenum evaſit *corpus*. 4, Suxit *matrem ſuam* lactens, ſuxitque *rem aliam*. 5, *i. q.* جامع, Rem habuit *cum puella. c c a. Ca.* 6, *mediâ Keſratâ, Idem ſign.* 4, Lactebat. *c c a p.* IV. Multum potavit. Lactavit *infantem. c c a. Gi.*

مَغْدٌ & مَغَدٌ *Act. τῆς ſign.* 2. *& prius etiam Act. ſign. quâvis aliâ. & ut Adject.* Tener molliſque. *Gi. &* Magnus ac longus. *Ca. item* Cùm à media equi fronte evelluntur pili, ut ſuccreſcant albi. *Gi. Ca. eſt &* Lacryma ſpathæ palmæ, *&* loti ſylveſtris, in cujus medio quid glutini melleo ſapæve ſimile, quod exſugi ſolet. *vide Conj.* 1. *ſig.* 4. *Gi. item* Situla magna. *& i. q.* لقاح. *Ca.*

I. مَغَرَ, *Fut. A*, Celeri itinere uſus fuit: celeriter peragravit *regionem. c c* في. *ſic* مغر به بعيره Rapidè cū vexit tulitve camelus ſuus. *c c a p.* مغرت في الارض مغرة من مطر Impreſſa fuit terræ bona & ſalutaris portio imberve pluviæ. IV. Inter mulgendum cum lacte ſanguinem emiſit *ovis. Gi.*

مَغَرٌ & مُغْرَةٌ Color obſcurè ruber, *aut* ex ruffo opacus. *Ca.*

مَغِيرٌ Rubicundus, ſanguine miſtus. *Ca.*

مَغْرَةٌ & مَغَرَةٌ Lutum rubrum *ſeu* terra rubra, rubrica. *item* Salutaris & conveniens pars *pluviæ. c c* من. *Gi.*

أَمْغَرُ Crine ruber, ſeu ruffus cum obſcuro rubore. *&* Rubicunda *cutis. ita* Ex obſcuro ruffus ſeu pullus *equus. Gi.*

مُمْغِرٌ & مُمَغِّرٌ Quæ cum lacte ſanguinem emittit *ovis*: idque præ morbo. *Gi.*

مِمْغَارٌ Quæ mixtum lacti ſanguinem reddere conſuevit *ovis. Gi.*

I. مُغِصَ Torminibus & dolorè inteſtinorum affectus fuit. *Gi.*

مَغْصٌ Tormina, ſeu torſio ac dolor inteſtinorum. *Gi.*

مَغَصٌ *Idem. Ca. at vulgi idiomate. Gi.* 2, *Coll. Pl.* امغاص, Exquiſiti & meliores cameli: *alii volunt* امغاص *Plur. eſſe ſine Sing. Gi.*

مَغْصَةٌ *Nom. Unit.* τοῦ مَغَصٌ *ſign.* 2. *Gi.*

I. مَغَطَ, مَغْطٌ *Act.* مَغْطٌ, *i. q.* مَدَّ, Extendit *rem. c c a. & i. q.* مغط, *ſeu pro eo*, Trahendo *arcui* intendit vires. *c c* في. V. Anteriores pedes vehementer extendit *camelus*; *&* in curſu *equus. vide* تمطي. VII. امغط *Immágata, &* VIII, *Paſſ.* Extenſus fuit. *item* VIII. *quoque* Elata fuit *dies. Gi. item Tranſ.* Eduxit è vagina *enſem. c c a. Ca.*

تَمَغُّطٌ *Act. τῆς Conj.* V. مُتَمَغِّطٌ Longus ſeu procerus *vir. Gi.*

I. مَغَلَ, *Fut. A*, Suſurravit, detulit accuſando, *&* obtrectavit. *c c* ب *p.* 2, *Fut. O & A*, Terram cum herbis voravit *pecus*, atque ex eo doluit ventrem. *Gi.* 3, *mediâ Keſratâ*, Lactavit *infantem* gravida *mater. c c* ب. 4, Corruptus vitiatuſve fuit *oculus ejus*. IV. *Idem ſign.* 3. *c c a. &* Uno anno bis concepit *ovis*. bis peperit *mulier. Ca.* Bis quotannis peperit *ovis vel capra. Gi. item* Camelos habuit terram cum virenti pabulo vorantes, *ac* indè malè habentes. *Gi.*

مَغْلٌ *Act. τῆς ſign.* 1. *Mar. &, uti* مَغَلٌ, Lac matris alio fœtu prægnantis. *Ca.*

مِغْلَالٌ Bis quotannis fœtificare conſuetæ *oves. ſeu Pl. τοῦ* مغلة *ſeq. ſign.* 1. *Gi. Ca.*

مِغْلَلٌ Deditus vorandæ terræ. *Ca.*

مَغْلَةٌ Ovis *vel* capra bis fœta quotannis. 2, Pecus terram unâ cum recenti pabulo vorans. *&* Hinc natus ventris dolor. *Gi. Ca.* 3, *i. q.* فسان. *Ca.*

مَغَالَةٌ *Act. τῆς ſig.* 1. *item* Perfidia. Fraus. *Ca.*

مُمْغِلٌ Quotannis pariens *mulier*, & concipiens ante ablactationem prioris infantis. *Gi.*

I. مَغَا, *Fut. O*, Vociferata more ſuo fuit *felis. Gi.*

I. مَغَي *i. q.* بَغَي, *ſeu pro eo*. V. Molle & laxum

laxum fuit *corium*. & Affinxit *homini*, dixitve *de eo*, quod non erat, *ſive* mali quid, *ſive* boni. *cc* في *p*.

مَغَي Mollities laxitaſve corii. *Ca*.

مَاغِيَةٌ *i. q.* مَرِيبَةٌ. *vel* مُرِيبَةٌ. *Ca*.

I. مَغَجَ *i. q.* حَمَقَ, Deſipuit. *Ca*.

مَغَاجَةٌ Deſipiens, fatuus. *Ca*.

مَغَانٌ, مَغْوٌ, مَغَادَةٌ in فَأَنَ *vide*.

مَغَجَّةٌ *τοῦ* فثش *eſt*. مُغَجٌ & مُغَاجًا *vide in* فجج.

مَغْرٌ & مَغَرٌ *à* مغر *& à* فرهر *ſunt*. مِغْضَةٌ *à* فضض.

مَغِيدٌ & مُغِيدٌ *in* فيد *quære*.

I. مَقَّ Fidit *ſpatham palmæ*, ut inderet maris florem. *cca*. *qua de re in* ابر *vide*. *Gi*. II. Anguſtè habuit *domeſticos ſuos*. *cc* على. *Ca*. V. Per partes, *ſeu* iterum atque iterum, potavit *vinum*. *cca*. *vide* تمهق. Inſuper habuit *vulnus*, haud percipiens ex eo noxam. *cca*. VIII. Exhauſit omne *quod in ubere erat*. *cca*. *Gi*. *Ca*.

مَقٌّ *Act*. مَقَقٌ Longitudo ſeu proceritas equi. *Gi*.

مَقَّقَةٌ Lactentes hœdi. *Ca*. أَمَقُّ, *Fœm*. مَقَّاءُ, Corpore oblongus *equus*. *Gi*. *item* مقاء Carne nudum *femur*. Longinqua *terra*. *Ca*.

I. Q. مَقْمَقَ, *Act*. مَقْمَقَةٌ, Lenis fuit. & *Tranſ*. Subegit. domuit. *cca*. Vehementer ſuxit *matris ſuæ mammam*. *cca*. *Gi*. *Ca*.

مُقَامِقٌ, *pro quo perperam* مُقَانِقٌ *dicitur*, Qui è gutturis extrema parte loquitur. *Gi*.

I. مَقَتَ (*etiam* مَقُتَ *Ca*.) Odit. *ccap*. *Gi*.

مَقْتٌ & مَقَاتَةٌ *Act*. نِكَاحُ ٱلْمَقْتِ Conjugium, *quaſi* exoſum, quo quis novercam ducit poſt obitum patris. *quod Pagani Arabum faciebant*. *Gi*. *Ca*.

مَقِيتٌ & مَمْقُوتٌ Exoſus. *Gi*. *Ca*. مَقْتِيٌّ Qui novercam duxit, *aut* filius indè natus. *Ca*.

مَا أَمْقَتَهُ عِنْدِي Quam maximè exoſus eſt ille mihi. & *contrà*, ما امقتني له Summè exoſus ſum ego illi. *Ca*.

مَقْدِيٌّ Vinum ex melle factum. *Gi*. *Ca*.

مَقَدِّيٌّ A pago quodam Syriæ cognominatum *vinum*. *Ca*. *vide prox. ſeq*.

مَقَدِّيَةٌ Genus veſtis pannive. & Nom. pagi. *eſtque à* قدد. *Ca*.

I. مَقَرَ, *Fut. O*, Percuſſit *collum ejus*. *cca*. *Gi*. & *quidem* fuſte, ita ut os confringeret. 2, Maceravit *piſcem ſalitum in aceto*. *cca* & في. *Ca*. 3, *mediâ Keſratâ*, *Fut. A*, Amara fuit *res*. IV. Amara evaſit *res*. *Gi*. & Sapore deſtitutum fuit *lac*. *Ca*.

مَقْرٌ *Act. ſign*. 1 & 2. *Gi*. *Ca*. *item* Aloë. *Gi*.

مَقَرٌ *Act. τῆς ſign*. 3. مَقِرٌ Amara *res*. *Gi*. *etiam* Acida. *Ca*.

مَقُورٌ Amarus. مُمْقِرٌ Oxygala. *Ca*.

مَمْقُورٌ, *pro quo malè* مَنْقُورٌ *quidam*, Maceratus conditusve in aqua ſalſa. *Gi*.

I. مَقَسَ, *Fut. I*, Effudit, cum facilitate dixit, pro libitu *verſus*. *cca*. Immerſit *rem in aquam*. *cca*. Implevit *utrem*. *cca*. Fregit *rem*. *cca*. & *Intranſ*. Fluxit *aqua*. *Ca*. 2, *mediâ Keſratâ*, Deliquium animi paſſus fuit, malè habuit: *uti ex eſu rei alicujus*. *Gi*. II. Multum effudit. *de aqua*. III. Mergendo in aquam certavit. *Ca*. V. *i. q. Conj*. 1. *ſign*. 2. *cc* من. *Gi*.

I. مَقَطَ, *Fut. O & I*, Fregit *collum*. *cca*. Accendit irâ. *ccap*. Injectam ſolo *pilam* & reſilientem accepit. *cca*. بد & مقط القرن, Humi ſtravit. Percuſſit *fuſte*. *ccap* & ب. & *abſolutè*, parvo validèque torto fune. Coïvit *cum fœmella avis mas*. *cca*. & Adjuravit *per fidem*. *ccap* & ب. *Ca*. *item*, *Fut. O*, Valde macer & extenuatus fuit. *Gi*. II. Proſtravit. *ccap*. VIII. *i. q*. استخرج. *cca*. *Ca*.

مَقْطٌ *Act. ſign. quævis*. *Gi*. *Ca*. مِقْطٌ, *Pl*. أَمْقَاطٌ, Funis quo capitur avis. & مقط *Pl. τοῦ* ماقط *ſign*. 2.

مَقِطٌ Qui natus eſt partu ſemeſtri *vel* ſeptimeſtri. *Ca*.

مَاقِطٌ Macer. & Qui in pedibus conſiſtens præ laſſitudine *aut* macie ſe movere nequit *equus*. *Gi*. 2, Funis urnæ. & Habena quâ ducitur *equus*. *Ca*. 3, Ariolus, qui glareæ ſilicumve jactu vaticinatur. *dicitur* لاقط

السافط عين المالقط. item ساقط بن ماقط بن لاقط Convitii ſunt verba. Gi.

مقوط Act. τῆς ſign. ult. Gi.

I. مَقَعَ, Fut. A, Act. مَقْعٌ, Vehementer bibit. Ca. In Paſſivo, Petitus fuit re aliqua mala. c c ب. VIII. Epotavit univerſum quod in ubere eſſet. c c a. Ca. & formâ Paſſ. Alteratus fuit color præ timore vel terrore. aut abſolutè, Eâ coloris mutatione affectus fuit: uti ابتقع & امتقع: ſed cum م præſtat. Gi.

